

ALLEN COUNTY PUBLIC LIBRARY



3 1833 02171 677 1

GENEALOGY

942.009


C164C

v.64

Pt.3

Catholic Church. Province of
Canterbury (England)
Registrum Johannis Pecham,
Archiepiscopi Cantuariensis

The
Canterbury and York Society.



**DIOCESIS
CANTUARIENSIS,**

REGISTRUM JOHANNIS PECHAM,
PARS SECUNDA.



LONDON: ISSUED FOR THE SOCIETY AT 124, CHANCERY LANE.

Allen County Public Library
900 Webster Street
PO Box 2270
Fort Wayne, IN 46801-2270

[TONGE V.—*Patron: The Rector. William de Mylham is instituted.*]

INSTITUTIO VICARIE DE TONGE.—Memorandum quod iij kal. Aprilis, apud Optone, admisit dominus Willelmum de Mylham ad vicariam de Tonge ad presentationem magistri Galfridi de Haspal, rectoris ecclesie ejusdem, et ipsum instituit in eadem.

[BRENTS V.—*Patron: Abbess of Gynes. William de Wylingdone is instituted.*]

PRO VICARIA DE BRENSET.—Memorandum quod non. Aprilis, apud Mortelake, anno eodem ut supra, admisit dominus Willelmum de Wylingdone, capellanum, ad vicariam ecclesie de Brenset, Cantuariensis diocesis, vacantem et ad collationem abbatisse de Gynes spectantem, et ipsum instituit in eadem.

[LITTLE CHART R.—*Richard de Abbentone is collated.*]

PARVA CIERT.—Tertio idus Aprilis, apud Otteford, anno Domini m^occ^olxxxiiij^o, contulit dominus ecclesiam de Parva Chert, Cantuariensis diocesis, vacantem et ad suam collationem et patronatum spectantem, Ricardo de Abbentone, diacono, ac ipsum presentialiter instituit in eadem.

[LYDD V.—*Peter de Wynchelese is collated.*]

PRO VICARIA DE LYDE.—Memorandum quod x^o kal. Maii anno ut supra, apud Wyngemham, contulit dominus vicariam de Lide, sue diocesis, vacantem et ad collationem suam pleno jure spectantem, magistro Petro de Wynchelese, et presentialiter ipsum investivit et instituit in eadem.

[SHELDWICH V.—*Patrons: St. Augustine's Abbey. Walter de Suthmalling is instituted.*]

VICARIA DE SCHELDWICH.—V Kal. Maii anno Domini supra-dicto, apud Chertham, ad presentationem abbatis et conventus Sancti Augustini Cantuarie, admisit dominus archiepiscopus Walterum de Suthmalling, presbiterum, ad vicariam ecclesie de Sheldwych, Cantuariensis diocesis, et ipsum de ea presentialiter investiens anulo suo, vicarium instituit in eadem cum onere residendi.

[HALTON R.—*Robert de Bellyngton is collated.*]

[HALGHTON].—III^o Kal. mensis predicti, contulit dominus ecclesiam de Halghton, de jure et de facto vacantem, tum per lapsum temporis, tum per privationem factam de persona magistri Roberti de Pykerynge, et ad patronatum suum et collationem suam pleno jure spectantem, Roberto de Bellyngton, presbitero,

et ipsum investivit et instituit ut supra, mandans eum induci in possessionem per decanum de Rysebergh vel ejus vices gerentem, et inductum defendi.

[TANGMERE R.—*Bartholomew de Suntinge is collated.*]

INSTITUTIO ECCLESIE DE TANGEMERE.—Frater Johannes, permissione divina Cantuariensis ecclesie minister humilis, totius Anglie primas, dilecto filio Bartholomeo de Suntinge, presbitero, salutem, gratiam et benedictionem. Bonorum presagium futurorum quod de laudabili conversatione tua suscepimus, nos invitat, ut tibi qui in nostre familiaritatis gratiam assumptus per obsequiositatis devote promptitudinem te nobis acceptum plurimum reddidisti, debeamus nostre munificencie dexteram aperire, ut avidius studeas merita cumulare virtutum pregustata dulcedine premiorum. Hinc est quod ecclesiam de Tangemere, nostre jurisdictionis, de jure et de facto vacantem, et ad nostram collationem nostrumque patronatum pleno jure spectantem, tibi caritative conferimus, cum suis juribus et pertinentiis universis, ac te de ea per nostrum anulum investientes, tenore presentium rectorem canonicè instituimus in eadem. In cujus rei testimonium presentes litteras sigilli nostri impressione fecimus communiri. Datum apud Novum locum iij id. Maii, anno Domini m^occ^olxxxiiij^o, ordinationis nostre quinto.

[ACRYSE R.—*Patrons: Convent of Leeds. John de Glocestre is instituted.*]

INSTITUTIO ECCLESIE DE ACRISE.—Frater Johannes, etc., dilecto filio magistro Martino commissario suo Cantuariensi, salutem, gratiam et benedictionem. Quia de jure dilectorum filiorum prioris et conventus de Ledes in advocacione seu patronatu ecclesie de Acrise, super quo capitulum de Elham in inquisitione facta de vacatione ejusdem ecclesie prout per litteras archidiaconi Cantuariensis intelleximus dubitavit, nobis est facta plena fides, ac propter hoc dilectum filium Johannem de Glocestria, diaconum, ad predictam ecclesiam de Acrise, de jure et de facto vacantem, per dictos religiosos patronos ejusdem legitime presentatum, admisimus, ipsumque per nostrum anulum presentialiter investivimus de eadem, discretioni vestre committimus, et mandamus quatinus prefatum Johannem in ejusdem ecclesie corporalem possessionem, cum suis juribus et pertinentiis omnibus inducat, et auctoritate nostra defendatis inductum, contradictores et rebelles per censuram ecclesiasticam compescendo. Valet. Datum apud Suthmalling' vj kal. Julii anno ut supra.

[PRESTON R.—*Walter de Plessiaco is collated.*]

INSTITUTIO ECCLESIE DE PRESTONA.—Memorandum quod iiii non. Julii, apud Suthmallinge, resignavit Galterus de Plessiaco, qui incubit possessionem ecclesie de Prestone, eandem ecclesiam in manus domini, qui dictam ecclesiam dicto Galtero contulit caritative, et rectorem ipsum in ea instituit, et de ipsa suo anulo investivit, die et loco superscriptis.

[HOTHFIELD R.—*Patron: Alexander de Bayllo. Thomas de Esthalle is instituted.*]

HADFEUD CANTUARIENSIS DIOCESIS.—Memorandum quod x kal. Augusti, anno Domini m^occ^o octogesimo tertio, et ordinationis domini quinto, apud Otteford, admisit dominus magistrum Thomam de Esthalle, acolitum, ad ecclesiam de Hadfeud, Cantuariensis diocesis, vacantem et ad presentationem domini Alexandri de Bayllo veri patroni spectantem.

[HAYES R.—*Reynerius de Vichyo is collated.*]

COLLATIO ECCLESIE DE HESE FACTA MAGISTRO REYNERIO DE VICHIO DICTO DE FLORENCIA.—Memorandum quod iiii non. Augusti, anno Domini m^occ^o octogesimo tertio, ordinationis domini quinto, apud Otteford, contulit dominus archiepiscopus ecclesiam de Hese, Londoniensis diocesis, vacantem per privationem magistri Petri de Bardonis, nuper rectoris ejusdem, et ad patronatum et collationem ejusdem domini pleno jure spectantem, magistro Reynerio de Vichyo dicto de Florencia, clerico, et familiari suo; et habet inde litteras decano de Croydene super inductione sua, et similiter litteras patentes de collatione.

[Fo. 54.]

Ordinationis domini quinto.

[ST. MICHAEL'S DE PATERNOSTERCHERCHE, LONDON.—*Patrons: Prior and Chapter of Canterbury. Hugh de Derby is instituted.*]

PATERNOSTERCHERCHE LONDONIIS.—Memorandum quod die veneris iij non. Septembris, anno Domini m^occ^o octogesimo tertio, apud Aldyngton, admisit dominus Hugonem de Derby, clericum, sibi presentatum per priorem et capitulum Cantuarienses, ad ecclesiam beati Michaelis de Paternostercherche Londoniis, vacantem per mortem Radulphi, ultimi rectoris ejusdem, et eum instituit per anulum suum de eadem.

[ST. MARY'S CHANTRY, CROWTHORNE.—*Patron: Thomas Umfridi. John de Pecham is instituted.*]

PRO CANTARIA CAPELLE BEATE MARIE DE CROUTHORNE JUXTA ROMENEYE.—Frater Johannes, etc., dilecto filio Johanni

de Pecham, presbitero, salutem, gratiam et benedictionem. Ad perpetuam cantariam capelle beate Marie de Crouthorne juxta Romenal, ad presentationem dilecti filii Thome Umfridi de Romene, patroni ejusdem, te admittimus et cum omnibus juribus suis et pertinenciis tuo perpetuo canonice instituimus in eadem. In cujus rei testimonium presentes litteras sigilli nostri impressione fecimus communiri. Datum apud Thenham xj kal. Octobris anno Domini m^occ^o octogesimo tertio, ordinationis nostre quinto.

[PAGHAM.—*The church is commended to the Archdeacon of Lewes.*]

PRO ECCLESIA DE PAGEHAM.—Memorandum quod vj kal. Octobris, anno Domini m^occ^olxxxiiij^o, ordinationis domini quinto, apud Chertham, commendavit dominus ecclesiam de Pageham magistro G. de Pecham, archidiacono Lewensi, usque ad vj menses ita quod, illo tempore lapso, teneat eam titulo institutionis.

[HERNE HILL.—*Patron: Nicholas de Knovilla. William de Schorham is instituted.*]

PRO VICARIA CAPELLE DE HARNHULLE INFRA PAROCHIAM DE BOCTON.—Memorandum quod viij id. Octobris, apud Otteford, anno Domini m^occ^olxxxiiij^o, ordinationis domini quinto, admisit dominus dominum Willelmum de Schorham, presbiterum, ad vicariam capelle de Harnhulle, ad presentationem domini Nicholai de Knovilla spectantem, et ipsum instituit in eadem.

[ALL SAINTS DE GARSCHERCHE, LONDON.—*Patrons: Christ Church, Canterbury. William de Cyrencestria is instituted.*]

PRO GARSCHERCHE LONDONIIS.—Memorandum quod ix kal. Novembris anno eodem, apud Mortelak, admissus fuit Willelmus de Cyrencestria, presbiter, ad ecclesiam Omnium Sanctorum de Garscherche, Londoniis, vacantem per resignationem Roberti de Kylewardeby, et ad presentationem prioris et conventus ecclesie Christi Cantuarie spectantem, et institutus in eadem, et demandata fuit ejusdem inductio decano de Arcubus Londoniis, ad inducendum eum in eandem.

[MOULTON V.—*Hamo de Oxeburgh is collated.*]

PRO VICARIA ECCLESIE DE MOLETONE.—Memorandum quod die Martis proxima ante festum apostolorum Simonis et Jude, apud Mortelake, anno Domini m^occ^olxxxiii^o, contulit dominus vicariam ecclesie de Molton domino Hamoni de Oxeburgh, presbitero, secundum ordinationem domini x li. valentem, ac ipsum personaliter instituit in eadem, et demandata fuit ejusdem inductio decano de Bockinge ut ipsum institueret [*sic*] in eandem.

[WOOLWICH R.—*Patron: The Bishop of Rochester. Geoffrey de Roffa is instituted.*]

PRO ECCLESIA DE WOLEWYCH' ROFFENSIS DIOECESIS.—Anno eodem, apud Lesnes, in abbatia, xiiii kal. Novembris, contulit dominus ecclesiam de Wolewych, Roffensis diocesis, vacantem et ad collationem suam illa vice jure metropolitico spectantem, Galfrido de Roffa, collationem bone memorie domini J., quondam Roffensis episcopi, de predicta ecclesia sibi factam quantum ad se pertinebat ratificando, et ipsum instituit in eadem.

[WAREHORNE.—*Patron: Richard de Bedeforde. John de Londoniis is instituted.*]

PRO ECCLESIA DE WEREHORNE.—Memorandum quod anno eodem vi kal. Decembris, apud Lameth, admisit dominus Johannem de Londoniis, presbiterum, ad ecclesiam de Werehorne, Cantuariensis diocesis, vacantem per mortem domini Jacobi, ultimi rectoris ejusdem, et ad presentationem Ricardi de Bedeforde spectantem, et ipsum instituit in eadem.

[STOWTING R.—*Patron: William de Kyrkeby. Robert de Lange is instituted.*]

PRO ECCLESIA DE STOUTYNGE.—Anno Domini m^occ^o octogesimo tertio, ordinationis domini quinto, apud Mortelake, id. Decembris, admissus fuit Robertus de Lange, capellanus, ad ecclesiam de Stotyng, vacantem per spontaneam resignationem domini Gerini, nuper rectoris ejusdem, que remanet penes dominum sub sigillo consistorie Norwycensis, ad presentationem Willelmi de Kyrkeby, veri patroni ejusdem ecclesie, et ipsum instituit in eadem; et habuit litteras archidiacono Cantuariensi vel ejus officiali.

[MARDEN V.—*Patrons: Convent of Lesnes. William de Stertinton is instituted.*]

INSTITUTIO VICARII DE MERDENNE.—Anno eodem, apud Croyndene, xiiii kal. Januarii, admissus fuit dominus Willelmus de Stertinton', presbiter, ad vicariam de Merdenne vacantem, ad presentationem abbatis et conventus de Lesnes, et ipsum instituit in eadem, et habet litteras directas archidiacono Cantuariensi.

[BIDDENDEN R.—*William de Iford is collated.*]

COLLATIO ET INSTITUTIO DOMINI WILLELMI DE IFORD AD ECCLESIAM DE BYDINDENNE.—Anno eodem, apud Wharewelle, in capitulo monialium, id. Januarii, contulit dominus ecclesiam de Bydindenne, Cantuariensis diocesis, domino Willelmo de Iford, presbitero, et familiari suo, vacantem per mortem Roberti de Bradegar, nuper rectoris ejusdem, et ipsum per anulum suum instituit in eadem; et habet litteras inductionis archidiacono Cantuariensi, et similiter litteras patentes sue institutionis.

[SARRE V.—*Patrons: Convent of Leeds. John de Preston is instituted.*]

Anno eodem, apud Mottesfonte, xv kal. Februarii, ad presentationem prioris et conventus de Ledes, admissus fuit Johannes de Preston, presbiter, ad vicariam ecclesie de Serres, vacantem per resignationem Luce, nuper vicarii ejusdem, et dominus instituit eum per anulum suum; et habet litteras archidiacono Cantuariensi in forma consueta.

[Fo. 54b.]

Anno Domini m^occ^o octogesimo tertio. Ordinationis Domini sexto.

[BISHOPSBOURNE R.—*Peter de Guldeford is collated.*]

PRO ECCLESIA DE BUSSCHOPPESBURNE.—Anno Domini m^occ^olxxx tertio, ordinationis domini sexto, die Lune in vigilia conversionis Sancti Pauli, apud Byterne, in manerio domini Wyntoniensis episcopi, contulit dominus archiepiscopus ecclesiam de Bisshopesburne, vacantem per mortem magistri Roberti de Culerne, ultimi rectoris ejusdem, et ad patronatum suum pleno jure spectantem, domino Petro de Guldeford, capellano suo, et habet inde litteras patentes.

[HEVER.—*Patrons: Convent of Cumbwell. Walter de Saford is instituted.*]

PRO ECCLESIA DE HEVERE.—Anno Domini m^occ^olxxxiii^o, ordinationis domini sexto vi^o kal. Februarii, apud Tichefeld, admisit dominus dominum Walterum de Saford, capellanum, ad ecclesiam de Hevere, vacantem et ad collationem prioris et conventus de Cumbewelle spectantem, et ipsum instituit in eadem, et habet litteras.

[CHART R.—*Patrons: Convent of Leeds. Walter de Maldone is instituted.*]

PRO ECCLESIA DE CHART.—Anno eodem, apud Suwyk', iiii kal. Februarii, admissus fuit Walterus de Maldone, subdiaconus, ad ecclesiam de Chart, vacantem et ad collationem prioris et conventus de Ledes spectantem, et ipsum instituit in eadem.

[PRESTON.—*Custody given to William de Tyford.*]

PRO CUSTODIA VICARIE DE PRESTONA.—Memorandum quod vi id. Februarii, apud Suthmallinge, anno Domini m^occ^olxxx^o tertio, ordinationis domini anno sexto, tradidit dominus Willelmo de Tyford, presbitero, custodiam vicarie de Prestone, revocandam tamen pro sue libito voluntatis.

[LYMPNE V.—*Patrons: St. Augustine's Abbey. Hamo de Braburn is instituted.*]

PRO VICARIA DE LENHAM.—Anno Domini m^occ^olxxxiii^o, ordinationis domini sexto, xiiii kal. Marcii, apud Suthmallinge, admisit dominus Hamonem de Braburne, presbiterum, ad vicariam ecclesie de Lenham, vacantem per mortem domini Johannis, ultimi vicarii ejusdem, et ad presentationem abbatis et conventus Sancti Augustini Cantuariensis spectantem, et ipsum instituit in eadem.

[OTTERDEN R.—*Patron: Ralph de Otrindenne. Simon de Stone is instituted.*]

INSTITUTIO ECCLESIE DE OTRYNDENN.—Anno eodem et loco, xii^o kal. Martii, admissus fuit Simon de Stone, presbiter, ad ecclesiam de Otrindenne, vacantem per resignationem domini Philippi, nuper rectoris ejusdem, ad presentationem domini Radulphi de Otrindenne, militis, et habet litteras inductionis et institutionis directas archidiacono Cantuariensi.

[FAVERSHAM V.—*Patrons: St. Augustine's Abbey. Robert de Lindestede is instituted.*]

INSTITUTIO VICARIE DE FAVERESHAM.—Anno die et loco eisdem, admisit dominus Robertum de Lindestede ad vicariam ecclesie de Faveresham, vacantem per resignationem magistri Gileberti de Stratton, nuper vicarii ejusdem, ad presentationem abbatis et conventus Sancti Augustini Cantuariensis, verorum patronorum ejusdem, et habet litteras in forma communi.

[ROMNEY MARSH R.—*Simon de Wychelese is collated.*]

PRO ECCLESIA BEATE MARIE IN MARISCO DE RUMENHAL.—Anno eodem, apud Maghefeld, iiii kal. Martii, contulit dominus ecclesiam beate Marie in Marisco de Rumenhal, vacantem per resignationem domini Willelmi de Yford, magistro Simoni de Wychelese, et ipsum presentialiter instituit in eadem, et habuit litteras institutionis et inductionis directas archidiacono Cantuariensi.

[HOTHFIELD R.—*Patron: Alexander de Baliolo. Thomas de Esthalle is instituted.*]

PRO ECCLESIA DE HATHFELD.—Memorandum quod iiii non. Marcii, anno supradicto, apud Sevenake, institutus fuit magister Thomas de Esthalle ad ecclesiam de Hathfeld, ad presentationem domini Alexandri de Baliolo.

[BURSTOW R.—*Nicholas le Vineter is collated.*]

BURSTOWE.—Memorandum quod non. Marcii, apud Otteford, anno Domini supradicto, commendavit dominus ecclesiam de

Burstowe Nicholao dicto le Vineter de Lewes, presbitero, secundum formam concilii Lugdunensis, et postea contulit eam eidem pleno jure.

[EDBURTON R.—*The church is commended to Ralph de Cheyne.*]

ADBURGTONE COMMENDA.—Anno eodem, apud Otteford, vii^o id. Marcii commendavit dominus Radulpho de Cheyne, presbitero, ecclesiam de Adburgtone, Cicestrensis diocesis, vacantem et ad suam collationem spectantem, ita quod lapsa tempore commende teneat eam titulo institutionis.

[WITCHLING R.—*Patron: William Peyforer. John Peyforer is instituted.*]

WYCHELINGE.—Anno Domini m^occ^o octogesimo quarto, intrante ordinationis domini sexto, viii kal. Aprilis, admissus fuit Johannes Peyforer, subdiaconus, ad ecclesiam de Wychelinge, vacantem et ad collationem domini Willelmi Peyforer, militis, spectantem, et ipsum instituit in eadem, et habuit litteras institutionis et inductionis directis archidiacono Cantuariensi.

[Linstead V.—*Patron: Archdeacon of Canterbury. Peter de Bordenne is instituted.*]

LYNDESTEDE VICARIA.—Anno eodem, apud Tenham, non. Aprilis, admisit dominus archiepiscopus Petrum de Bordenne, presbiterum, ad vicariam de Lyndestede, ad presentationem archidiaconi Cantuariensis, et habet litteras, etc.

[HAYES R.—*Reyner de Vichio is collated.*]

COLLATIO ECCLESIE DE HESE.—Anno eodem, apud Wengeham, xvii kal. Maii, contulit dominus archiepiscopus ecclesiam de Hese, vacantem per privationem Petri de Bardonis, ultimi rectoris ejusdem, et ad suam collationem spectantem, magistro Reynerio de Vichio, diacono, familiari suo; et habet litteras in forma communi sue institutionis.

[FARNINGHAM V.—*Roger is collated.*]

COLLATIO VICARIE DE FRENINGEHAM.—Anno et loco eisdem, ii non. Aprilis, contulit dominus vicariam de Freningham, vacantem et ad collationem suam pleno jure spectantem, domino Rogero, capellano parochiali de Otteford, et habet litteras suas in forma communi.

[Fo. 55.]

[ORPINGTON V.—*Patron: Roger de Derteford. William de Orpinton is instituted.*]

INSTITUTIO VICARII DE ORPYNGTONE.—Anno eodem, apud Saltwode, xi kal. Maii, dominus archiepiscopus admisit Willelmum

de Orpinton, presbiterum, ad vicariam ecclesie de Orpintone, vacantem, ad presentationem domini Rogeri de Derteford, patroni ecclesie ejusdem, et ipsum Willelmum vicarium instituit in eadem.

[EASTRY R.—*Anselm de Estrya is collated.*]

COLLATIO ECCLESIE DE ESTRYA.—Anno eodem, apud Otteford, xvii kal. Aprilis, dominus Johannes, Dei gratia Cantuariensis archiepiscopus, contulit ecclesiam de Estrya, vacantem et ad collationem suam pleno jure spectantem, magistro Anselmo de Estrya, presbitero, et clerico suo, et ipsum instituit in eadem.

[*Appointment of the Vicar of Molton. Vide Regist. Epist. J. Peckham, ii, 710.*]

[CHILLINDEN R.—*John de Lurdindenn is collated.*]

COLLATIO ECCLESIE DE CHILLINDENN.—Frater Johannes, etc., dilecto filio magistro Johanni de Lurdindenn, capellano, salutem. Ecclesiam de Chillinden, nostre diocesis, de jure et de facto vacantem, et ad nostram collationem hac vice legitime devolutam, pro eo quod prior et conventus de Ledes, ejusdem ecclesie patroni, jam bis ad eandem nobis inhabilem presentarunt, tibi caritative conferimus, cum suis juribus et pertinenciis universis, ac te rectorem in eadem canonice instituimus per presentes. In cujus, etc. Datum apud Mortelake xvii kal. Junii anno Domini m^occ^o octogesimo quarto, ordinationis nostre sexto.

[BURSTOW R.—*Nicholas le Vineter has letters of institution.*]

INSTITUTIO DE BURSTOWE.—III Id. Maii, anno predicto, dedit dominus litteras institutionis Nicolao le Vineter de Lewes de ecclesia de Burstowe, Wyntoniensis diocesis, in decanatu de Croyn-den, quam eidem Nicolao prius commandavit.

[GREAT CHART R.—*William de Sardinia has letters of induction and institution.*]

MAGNA CHERT.—Anno eodem, apud Hareghes, xiii kal. Junii, emanavit littera inductionis et institutionis magistri Willelmi de Sardinia in ecclesiam de Magna Chert.

[MILKCHURCH, LONDON.—*Patrons: Christ Church, Canterbury. Hugh de Dereby is instituted.*]

LITTERA PRO ECCLESIA DE MILKCHURCHE LONDONIIS.—Anno eodem, apud Bangor, emanavit littera inquisitionis officiali Cantuariensi directa ad faciendum inquisitionem de vacatione ecclesie de Milkcherche in civitate Londoniarum, ad quam prior et conventus ecclesie Christi Cantuarie Hugonem de Dereby, clericum,

presentarunt, et de articulis consuetis. Et si inquisitionem rite per omnia faciat pro presentibus et persona presentati super quibus dominus conscientiam ipsius officialis oneravit, ipsum Hugonem, vice et auctoritate sua, in corporalem possessionem ipsius ecclesie inducat et defendat inductum.

[WITHAM¹ R.—*Patrons: Nicholas de Cryel and William de Kyrkeby. Robert de Kamesynge is instituted.*]

PRO ECCLESIA DE EYTHAM ROFFENSIS DIOCESIS.—Frater Johannes, etc., dilectis filiis Nicholao de Cryel et Willelmo de Kyrkeby, salutem, gratiam, et benedictionem. Noveritis quod nos ad presentationem vestram dilectum filium Robertum de Kemesynge, clericum, ad ecclesiam de Eytham, Roffensis diocesis, et nostre jurisdictionis, admisimus ista vice ipsumque rectorem instituimus in eadem, salvo jure quod in ipsa ecclesia nobis competit ab antiquo; nec ista presentatione juri vestro si quod habetis in hac parte intendimus derogare. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Valete. Datum apud Towyn, Bangorensis diocesis, v non. Julii anno Domini m^occ^o octogesimo quarto, ordinationis nostre sexto.

[*Certificate of institution.*]

INSTITUTIO ECCLESIE DE EYTHAM.—Frater Johannes, etc., dilecto filio Roberto de Kemesynge, subdiacono, salutem, gratiam, et benedictionem. Ad ecclesiam de Eytham, Roffensis diocesis, et nostre jurisdictionis, vacantem, ad presentationem Nicholai de Cryell et Willelmi de Kyrkeby, te admittimus ista vice, et rectorem in eadem cum suis juribus et pertinenciis instituimus per presentes, salvo nobis et successoribus nostris in posterum jure quod nobis in ecclesia predicta competere dinoscitur ab antiquo. Valete. Datum apud Towyn v non. Julii, anno Domini m^occ^o octogesimo quarto, ordinationis nostre sexto.

Et scribitur decano de Shorham quod inducat eum in corporalem possessionem ecclesie memorate.

[Fo. 55b.]

[MURSTON R.—*Patron: Bartholomew de Moristone. Thomas de Moristone is instituted.*]

ADMISSIO AD ECCLESIAM DE MORISTONE.—Anno Domini m^occ^o octogesimo quarto, ordinationis domini archiepiscopi sexto, sexto idus Julii, apud Sanctum David', admisit dominus archiepiscopus Thomam de Moristone, clericum, ad ecclesiam de Moristone vacantem, ad presentationem domini Bartholomei de Moristone,

¹ Probable identification.

militis, ecclesie ejusdem veri patroni. Et habet litteras inductionis directas archidiacono Cantuariensi vel ejus officiali. Habet etiam litteras dimissorias ex gratia domini speciali quod posset recipere ordines acolitatus et subdiaconatus a quocumque suffraganeo Cantuariensis ecclesie, non obstante quod de diocese Cantuariense oriundus existit, dummodo aliud sibi canonicum non obsistat.

[MERSTHAM R.—*William de Halyberge is collated.*]

COLLATIO ECCLESIE DE MERSTHAM.—X Kal. Novembris, apud Kaversham, contulit dominus archiepiscopus magistro Willelmo de Halyberge, ecclesiam de Merstham, Wyntoniensis diocesis, in decanatu de Croyndone, sue immediate jurisdictionis, de jure et de facto vacantem, et ad collationem suam spectantem, et ipsum presentialiter investivit, et demandavit decano de Croyndon ut ipsum institueret in eadem.

[HACKINGTON V.—*Patron: The Archdeacon of Canterbury. Adam de Reygate is instituted.*]

ADMISSIO AD VICARIAM ECCLESIE DE HAKYNGTON.—Eisdem die et loco, admisit dominus archiepiscopus Adam de Reygate, presbiterum, ad vicariam ecclesie de Hakynton prope Cantuariam, ad presentationem archidiaconi Cantuariensis, et ipsum per suas litteras instituit in eadem, mandans eundem induci per officialem ejusdem archidiaconi.

[CHIDDINGTON R.—*William de Sardinia is collated.*]

COLLATIO ECCLESIE DE CHUDDYNSTONE.—IX Kal. Novembris, apud Stoke Basset, dominus archiepiscopus contulit magistro Willelmo de Sardinia ecclesiam de Chuddingstone.

[Fo. 56.]

Anno Domini m^occ^olxx^oix, consecrationis primo.

SEQUESTRA ET EORUM RELAXATIONES.

[*Sequestration of the Vicarage of Glynde.*]

SEQUESTRUM VICARIE DE GLYNDE.—Memorandum quod Non. Julii sequestrata omnia bona spectantia ad vicariam de Glynde, custodienda per Johannem Snellynge, capellanum ejusdem ecclesie, quousque aliud fuerit ordinandum.

[*Partial release.*]

GRATIA FACTA VICARIE QUE FUIT SUPER EODEM.—Frater Johannes, etc. Decano Suthmallynge, etc. Quia Roberto, nuper vicario de Glinde, de gratia speciali concessimus ut medietatem fructuum et fenum vicarie de Glinde solo adherentium percipiat, et

minutas decimas que pervenerunt ex eadem vicaria, usque ad tempus sue privationis, deductis stipendis capellani ministraturi in eadem, usque ad festum Sancti Michaelis, proviso insuper quod decima debita in subsidium Terre Sancte pro retroactis temporibus et precipue anni quarti, et anni instantis de termino Sancti Johannis, et alia que futurum vicarium onerare poterunt, solvantur que pro suo tempore debuit agnovisse, vobis mandamus quatinus prefatum Robertum proventus et decimas hujusmodi, non obstante sequestro nostro libere percipere dimittatis in forma superius annotata. Datum apud Suthmallynge xii kal. Augusti, etc.

[*Absolution of the Prior of Ware.*]

ABSOLUTIO PRIORIS DE WARE.—Memorandum quod ij Non. Septembris, apud Otteford, comparuit frater Willelmus, prior de Ware, coram domino archiepiscopo petens humiliter absolvi a sententia excommunicationis qua innodatus extitit per fratrem Robertum, quondam Cantuariensem archiepiscopum, ad instantiam magistri Nicholai archidiaconi Bedefordiensis, et absolutus erat in forma juris, presente dicto archidiacono et consentiente, forma autem penitentie sibi injuncte est talis: videlicet, quod qualibet feria usque ad quadragesimam jejunabit in pane et pulmento simplici, et potabit cervisiam tantum, et pascet eodem die x pauperes, et dicet l. psalmos eodem die vel die sequenti, si ipso die fuerit impeditus. Et habuit litteram absolutionis denunciatorie generalem.

[*Release for John de Sicca Villa.*]

SICCAVILLA.—IX^o Kal. Decembris, apud Berking, emanavit littera archidiacono Londoniensi quod relaxet sequestrum factum in bonis magistri Johannis de Siccavilla, rectoris Omnium Sanctorum majoris in Tamesstrate Londoniarum, postquam ab eo receperit cautionem idoneam de indemnitate domini archidiaconi, et aliorum quorum interest, et quod respondebit sufficienter de bonis predictis quotiens fuerit requisitus, et quod rescribat quam cautionem receperit ab eodem.

[*Another release for the same.*]

Eisdem die et loco, demandatum fuit decano de Osprenge quod relaxet sequestrum factum in bonis magistri Johannis predicti, in ecclesia de Badesmere relaxet [*sic*] et denunciaret patrono ejusdem, si laciis fuerit, quod infra statutum a jure terminum personam idoneam ad dictam ecclesiam, quam idem magister resignavit, presentet, alioquin, etc. Et quod certificet infra mensem a tempore receptionis.

[*Absolution of Master and Brethren of St. Thomas of Acon for refusing Visitation.*]

ABSOLUTIO MAGISTRI ET FRATRUM SANCTI THOME DE ACON IN LONDONIIS LATIS SENTENTIIS IN EOS QUIA NOLUERUNT SUBIRE VISITATIONEM ARCHIEPISCOPI.—Universis presentes litteras inspecturis, Willelmus de Corneria, domini Pape capellanus, et Rogerus de Bothewell, decanus Beate Marie de Arcubus Londoniarum, commissarii reverendi patris Johannis, Dei gratia Cantuariensis archiepiscopi, totius Anglie primatis, ad infra scripta specialiter constituti, salutem in Domino sempiternam. Noveritis vos, auctoritate domini archiepiscopi supradicti, religiosos viros magistrum et fratres Sancti Thome de Acon in Londoniis, tam ab excommunicationis sententia vel sententiis lata seu latis in ipsos per ipsum dominum archiepiscopum, vel quoscunque commissarios suos pro eo quod ipsum dominum archiepiscopum primo, et commissarios suos postmodum, ad visitationis officium excercendos inibi recipere noluerunt, quam a sententia vel sententiis canonicis quam vel quas ob dictam causam qualitercunque alias incurrerunt juxta formam canonicam tenore presentium absoluisse, ac interdictum quo ipsorum ecclesia posita erat per ipsum dominum archiepiscopum vel commissarios suos ob dictam causam a die Veneris proxima ante dominicam de relaxasse, reducentes eos in ipsum statum in quo erant tempore quo fuerunt dictis excommunicationis sententiis innodati, pro eo quod redientes ad cor ipsi magister et fratres de stando mandatis ecclesie ac ipsius domini archiepiscopi corporale juramentum solemniter presterunt, penitentia eis pro excessibus hujusmodi imponenda ipso domino archiepiscopo reservata. Datum Londoniis in festo Beati Andree Apostoli, anno Domini m^occ^olxx^o nono, indictione vij.

[*To the Master of the Hospital of Maidstone. Sequestration of Maidstone Church.*]

Frater Johannes, etc., dilecto in Christo filio magistro Hospitalis de Maidenstan, salutem, gratiam et benedictionem. Cum nos fructus ecclesie de Maidenstan auctoritate nostra prius sequestratos fecerimus relaxari ac postmodum, quia repente Sanctissimus in Christo Sanctissimus Pontifex de conferenda ipsa ecclesia, que vacavit in Curia Romana nobis sub certa forma direxerit scripta sua cujus occasione relinquitur dubium ad quem spectare debeant fructus autumnii jam transacti, vobis mandamus quatinus eosdem fructus quos tam ratione predicta dubii ac pro decima in Terre Sancte subsidium de eadem debita, quam ex aliis certis causis in hiis scriptis sequestramus, sub arto sequestro

custodiri faciatis ; ita quod nullus ad ipsos administrandos manum apponat sine precepto nostro speciali ; et si forsan a tempore relaxationis predicte aliquid de eisdem fructibus aut aliis ejusdem ecclesie bonis amotum fuerit vel distractum, ipsius pretium in manibus emptorum quorumcunque quod superest exsolvendum de quorum nominibus diligenter inquiratis auctoritate nostra sequestretis, denuntiantes emptoribus hujusmodi ne sine nostra licentia speciali persolvant pretium memoratum sicut indemnitati sue proficere voluerint in hac parte. Custodiam vero predicti sequestri vobis committimus periculo vestro. Quid autem super premissis feceritis nos per litteras vestras patentes harum seriem continentes reddatis certiores. Datum apud Boking' ij non. Januarii, anno consecrationis nostre primo.

[Fo. 56b.]

[*To the Dean and Chapter of St. Paul's, concerning property deposited with them by Kilwardy.*]

PRO DOMINO.—Frater Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, decano et capitulo Sancti Pauli Londoniarum salutem, etc. Cum intelleximus veraciter quamdam pecunie summam de bonis ecclesie nostre Cantuariensis per dominum Robertum, bone memorie, predecessorem nostrum, seu alios nomine suo, apud vos in thesauraria vestra seu ecclesia esse depositam, quam ad nos ratione ecclesie nostre de jure credimus pertinere, vobis mandamus, in virtute obedientie, firmiter injungentes quatinus salvo custodientes eandem nihil omnino de ipsa pecunia per manus cujuscumque de loco ipso moveri, vel attractari, vel contractari aliquatenus, permittatis, donec a nobis aliud habueritis in mandatis. In cujus rei, etc. Datum apud Derbeiam xij Kal. Aprilis, consecrationis nostre anno secundo.

[*Sequestration of Coleshill Church for the Prioress of Markyate.*]

PRO MARKIATE.—Frater Johannes, etc., decano de Arden', salutem, gratiam et benedictionem. Cum intelleximus ex questione prioresse et conventus de Markiate quod quondam Willelmus vicarius de Coleshulle et ejusdem ecclesie firmarius eisdem priorisse et conventui, ratione firme ejusdem, in quadam summa pecunie tenebatur, de qua nondum eis exitit satisfactum, tibi mandamus in virtute obedientie, firmiter injungentes, quatinus omnes fructus predicte ecclesie de Coleshulle, et bona ipsius vicarii defuncti, ubicunque reperta, auctoritate nostra sequestres, et sub arto sequestro teneas, donec a nobis super hoc habueris aliud in mandatis. In cujus, etc. Datum apud Derleg' xij kal. Aprilis,

consecrationis nostre secundo. Et quid in premissis feceritis nos per litteras tuas patentes harum continentes seriem certificare procures, sicut de eodem sequestro nobis volueris respondere. Vale.

[*To the Bishop of Coventry and Lichfield, asking for release of sequestration of Churches of Etwell and Dugmanton.*]

Memorandum. Venerabili in Christo fratri R., Dei gratia Coventrensis, frater Johannes, etc. Conquesti sunt nobis religiosi viri, abbas et conventus de Welebek, Premonstratensis Ordinis, quod vos eos super possessione ecclesiarum de Etwell et Dugmanton, quas in proprios usus habent indebite molestatis, asserentes eos ut dicitur in ipsis ecclesiis ingressum legitimum non habere, pro eo quod litteras vestras et capituli vestri Lichfieldensis non habent super appropriationibus earundem; cum itaque nos privilegia ipsorum religiosorum et munimenta super ipsis ecclesiis examinari fecimus diligenter et inventum fuerit eos super eisdem ecclesiis sufficienter esse munitos, fraternitatem vestram requirimus et hortamur in Domino, quatinus ab ipsorum religiosorum gravamine desistatis, sequestrum in fructibus predictarum ecclesiarum per vos factum occasione premissa penitus relaxantes, si aliquid canonice non obsistat; pronuntiavimus enim predictos religiosos memoratas ecclesias juste et canonice possidere. Datum apud Derleg' x Kal. Aprilis.

[*To the Prior of Tutbury. Vide Regist. Epist. Johannis Peckham, i, 115.*]

Consimilis littera emanavit pro priore Sancti Thome contra barbarium episcopi Cestrie, data die anno et loco predictis.

[*Letter to the Official of Canterbury. Regist. Epist. J. Peckham, i, 122.*]

[Fo. 57.]

[*Release of Morley Church.*]

Memorandum quod xv kal. Julii, apud Salopiam, consecrationis nostre secundo, relaxabatur sequestrum ecclesie de Morleya Gerardo de Wypens, rectori ejusdem, in archidiaconatu Derbye, donec de causis ipsius duxerit inquirendum.

[*To the Archdeacon of Norfolk concerning sequestration of goods of Henry de Hanekele.*]

PRO HANEKELE.—Frater Johannes, etc., officiali archidiaconi Norfolchiensis, etc. Quia intelleximus quod Daniel de Wretham,

capellanus, custos bonorum quondam magistri H. de Hanele in ecclesia de Wrotham, viam universe carnis est ingressus, vobis mandamus, firmiter injungentes, quatinus ad dictam ecclesiam presentialiter accedentes inquiratis diligenter que bona ad dictum magistrum H., ibidem vel ubicunque, in custodia dicti Danielis existentia debeant pertinere, et ea que inveneritis, seu in bladis seu armentis, faciatis, nomine nostro sub fideli testimonio vendi et distrahi, et nobis de pecunia plenarie responderi, ut nos, qui dicti magistri H. principalis fuimus executor, creditoribus ejusdem et legatariis quatinus facultates permittent, satisfacere valeamus. Et si vobis constiterit quoquo modo quod dictus Daniel prefato magistro H. in aliqua summa pecunie teneretur, mandamus quatinus ipsius presbiteri bona omnia sequestretis, et sub arcto sequestro teneatis, donec de ipso debito nobis plenarie fuerit satisfactum. Et hec nullatenus omittantur sicut de eis omnibus nobis volueritis respondere. Que autem super hiis feceritis nobis fideliter intimare curetis. Datum Salopie xv kal. Julii, consecrationis nostre anno secundo.

[*Release of sequestration of Lillington Church at request of Prior of Kenilworth.*]

PRO KENILWORTH.—Frater Johannes, etc., officiali archidiaconi Coventrensis, etc., mandamus vobis quatinus sequestrum factum auctoritate nostra in fructibus ecclesie de Lillington penitus relaxetis, ita scilicet quod procuratores religiosorum virorum, prioris et conventus de Kenigleworth, blada in grangiis existentia triturare valeant et distrahere, et inde recipere pecuniam pro suis usibus, recepta tamen prius sufficienti et idonea cautione a dictis religionis de restituenda pecunia, si contingat hoc auctoritate nostra mandari. Volumus etiam ut predicti procuratores fruges solo adherentes in presenti, pro sua utilitate colligere possint et in grangias mittere sub simili cautione. Valete. Datum apud Sanctum Thomam xiiii kal. Augusti, consecrationis nostre secundo.

[*Letter to the Dean of Gartre, Lincoln Diocese. Vide Regist. Epist. Johannis Peckham, i, 129.*]

[*Sequestration of tithes at Woodchurch.*]

Memorandum quod vice et auctoritate domini, sequestrantur decime quas percipit prior de Dovorria infra limites parochie de Wodecherche. Nihilominus citatur peremptorie quod compareat coram domino quarto die juridico post festum Sancti Michaelis, ubicunque fuerit in provincia, ostensurus quo jure, etc.

[*To the Abbot of Dieulacres. Supersedeas in the cause with Richard de Sandbache.*]

DEULACRES.—Abbati et conventui de Dieulacres. Cum nuper ad instantiam domini Ricardi de Sandbache, militis, super ecclesia de Sandbache quam tenetis, vos ad nostram fecerimus presentiam evocari; vos quoque super optentu ipsius ecclesie nobis exhiberi feceritis instrumenta; licet eodem milite a sua querela cessante, nos, ex nostri officii debito de jure valentes procedere, vos de stricto jure ex indagazione sollicita super eadem ecclesia gravare possemus, nos tamen religionem in vobis et honestatem pariter attendentes, ipsi duximus supersedere negotio, vos vestris ad presens in hac parte conscientia relinquentes. Datum apud Boggeden prima die Septembris, consecrationis nostre anno secundo.

[*Release of sequestration of Lillington Church.*]

KENELEWORTH.—Frater Johannes, etc., decano de Stanleie, Coventrensis et Lichfeldensis diocesis, etc. Tibi committimus et mandamus quatinus sequestum in fructibus ecclesie de Lillington, quam viri religiosi prior et conventus de Kenilworthe, predicte diocesis, in proprios usus se habere contendunt auctoritate nostra factum vice et auctoritate nostra relaxes, prestita prius et recepta idonea cautione ab eisdem, quod nisi in instanti parlamento Londoniis jam post festum Pasche proximo futurum celebrando legitime coram nobis de se posse et debere licite retinere ecclesiam memoratam, de fructibus premissis vel eorum vero valore nobis integre respondeant tempore prelibato. Et quid inde feceritis nos per tuas litteras harum seriem continentes distincte et aperte, dictis loco et tempore studeas fideliter certificare. Vale. Datum apud Ceywode xiii kal. Februarii anno, etc., lxxx^o.

[Fo. 57b.]

[*Citation of those who molest William de Ochetot in the vicarage of Charing.*]

Frater Johannes, etc., magistro J. de Raveningham, etc. Litteras certicatorii vestri iii kal. Aprilis apud Frekynham recepimus per presentium portitorem, in quibus quod forte ignorantia omisistis que vobis injunximus viva voce, videlicet ut denunciaretis omnes excommunicatos qui Willelmum de Ochetot, capellanum, cui vicariam de Cherring caritative contulimus, a possessione dicte vicarie aliquo modo dejecerunt, et de eorumdem nominibus inquireretis, et quos inveniretis culpabiles ipsos in speciale denunciaretis excommunicationis sententia involutos, citantes nihilominus eosdem quod comparerent certo die juridico, quem ad hoc duxeritis assignandum nobis et dicto vicario responsuros; sed vos, super premissis parvum vel quasi nihil facere curantes, nomina malefactorum nobis non

expressis cognominibus intimastis et citastis ad talem diem, qui juridicus nullatenus dici debet, sed ad proximum diem post dominicam in Ramis Palmarum, cum ab eadem dominica usque ad octavam Pasche nulla lis consuetudine approbata ventilari debeat seu tractari, denunciatione prefata nullatenus prius facta. Quocirca in virtute obedientie mandamus quatinus de omnibus omissis tam de nominibus quam cognominibus dictorum malefactorum supplementum facere curetis vice et auctoritate nostra in forma superius annotata. Intelleximus insuper quod quidem iniquitatis filii sequestrum nostrum in ecclesia de Cherringe violarunt. Quocirca vobis iterato mandamus quatinus omnes illos denunciatis in generali, et cum vobis de nominibus constiterit in speciali excommunicationis sententia involutes, citantes eosdem eorum fautores ac suo facinori consentientes quod compareant coram nobis certo die quem ad hoc duxeritis assignandum nobis responsuros facturos et recepturos quod justitia suadebit, sequestretis etiam omnes obventiones dicte vicarie interim percipiendas, et a tempore vicarii nuper defuncti perceptas, et sub arcto detineatis sequestro, donec aliud a nobis habueritis in mandatis. Datum die et loco supradictis, anno consecrationis nostre tertio.

[*Sequestration of Wrotham.*]

SEQUESTRUM DE WROTHAM.—Anno gratie m^occ^olxxx primo, v Idus Julii, apud Slyndon, mandavit dominus litteris suis decano de Shoreham ut ipse sequestraret omnes fructus ecclesie de Wrotham, tam in grangiis quam alibi existentes, et sub arcto teneret sequestro donec aliud haberet in mandatis.

[*Sequestration of Lyminge.*]

LYMINGE.—Item consimile mandatum emanavit dictis die, anno, et loco decano de Lymeneton pro fructibus ecclesie de Lyminge sequestrandis.

[*Letter to the Bishop of Rochester against the Abbot of Bayham. Regist. Epist. J. Peckham, i, 208.*]

[*Letter to the Archdeacon of Lewes concerning the same. Ibid., i, 210.*]

[Fo. 58.]

Anno gratie m^occ^o Octogesimo primo Mense Julii, consecrationis domini anno tertio.

SEQUESTRA ET RELAXATIONES.

[*Sequestration and citation of Abbot of Combermere.*]

CONTRA ABBATEM DE COMBERMARE.—Anno gratie m^occ^o octogesimo primo, et consecrationis domini tertio, vij kal. Augusti, apud Slyndon, emanavit littera archidiacono Cestrensi, contra abbatem de Combermare quod sequestrari faciat omnes fructus et proventus ecclesiasticos, etc., ut supra, in proxima littera, et quod citet eum quod compareat coram domino ubicunque, etc., iij die juridico post festum Sancti Luce Evangeliste.

[*Appointment of Roger de Derteford as Economist, pending decision of disputed election of the Dean of Exeter.*]

DE ECONOMO DATO DECANATU EXONIENSI VACANTE.—Anno et loco eisdem kal. Augusti emanavit littera sub hac forma. Frater J., etc., dilecto filio Rogero de Derteford, ejusdem loci canonico, salutem, gratiam, et benedictionem. Nos inter subditos nostros pacem, concordiam, et quietem fovere, rixas, vecordias, et pericula sedere cupientes, ac unicuique quod suum est tribuere volentes, te economum, de consilio virorum prudentium, ordinamus, facimus, et constituimus, ut quamdiu questio inter venerabilem fratrem nostrum P., Dei gratia Exoniensem episcopum, et dominum Johannem Pycot, in decanatum Exoniensis ecclesie electum, super electione ipsius pendeat indecisa, obventiones et fructus decanatus ejusdem diligenter colligas, ac fideliter studeas reservare, eidem reddendos ad quem, ipsa lite finita, de jure debeant pertinere; et, ut premissa liberius et efficacius possis adimplere, tibi tenore presentium liberam concedimus facultatem contradictores et rebelles per censuram ecclesiasticam quocunque nomine censeantur coercendi, et omnia alia que ad premissorum executionem et conservationem proficiant, vices nostras legaliter exercendi.

[*Sequestration of Hellingly.*]

SEQUESTRUM FRUCTUUM ECCLESIE DE HELLYNGELEG.—Anno eodem apud Suthmalling, die Veneris proxima ante festum beati Laurentii, emanavit littera decano de Pevensea ad colligendum, et loco sacro, videlicet, in domibus vicarii et cimeterio, reponendum ac arcto sequestro custodiendum fructus ecclesie de Hellingeleg, cujus sunt rectores abbas et conventus de Begeham, ordinis Premonstratensis.

[*Sequestration of Tangmere.*]

SEQUESTRUM DE TANGEMERE.—Anno die, et loco eisdem, emanavit littera decano de Pageham, et rectori de Loventone ad

sequestrandum omnia bona rectoris ecclesie de Tangemere, defuncti, donec aliud super hoc habuerint in mandatis, et ad colligendum fructus sumptibus defuncti rectoris.

[*Regarding the same.*]

Anno et loco eisdem, in crastino beati Laurentii emanavit littera decano de Pageham, et domino W., rectori ecclesie de Loventon, ad colligendum et salvo reponendum ac sub sequestro custodiendum fructus ecclesie de Tangemere, et hoc sumptibus rectoris defuncti, donec, etc., ut supra.

[*Release of St. Eval.*]

RELAXATIO SEQUESTRI SANCTI UVELI.—Anno et loco eisdem, xix kal. Augusti relaxatum fuit sequestrum Sancti Uveli in Cornuallia, Exoniensis diocesis, factum per custodes spiritualitatis Exoniensis, sede vacante, de gratia domini speciali.

[*Release of Stalham.*]

RELAXATIO SEQUESTRI ECCLESIE DE STALHAM.—Anno die et loco eisdem, relaxavit dominus sequestrum de fructibus ecclesie de Stalham, Norwycensis diocesis, exhibentis privilegium, ut ad ordines et residentiam non teneatur Opizonus, nunc rector ejusdem.

[*Release of Freshwater.*]

RELAXATIO SEQUESTRI FRUCTUUM ECCLESIE DE FRYSSWATER IN INSULA VECTA.—Anno et loco eisdem, xvii kal. Septembris, emanavit littera magistro Ade de Hale, custodi spiritualitatis Wintoniensis, aut vices suas gerentibus, ad relaxandum sequestrum fructuum rectoris ecclesie de Frissewater in Insula Vecta, Wintoniensis diocesis, et concessa fuit potestas fratri Hillario, fratri Hospitalis domus Jerusalem in Anglia, ad colligendum fructus ejusdem ecclesie et inde disponendum pro sue libito voluntatis, et quod idem rector libere possit prosequi negotia ecclesiam ipsam tangentia in curia regia.

[*Letter to the Dean of Winchester. Regist. Epist. J. Peckham, i, 217.*]

[*Sequestration of Wraybury.*]

PRO ABBATE GLOUCESTRIE.—Anno consecrationis domini Cantuariensis tertio, xvii kal. Januarii, apud Ichull, emanavit littera ad sequestrandum fructus ecclesie de Wyardisbyria pro pensione centum solidorum debita abbati et conventui Gloucestrie.

[Fo. 58b.]

[*Letter to the Bishop of Salisbury. Regist. Epist. J. Peckham, i, 218.*]

[*Sequestration of Isfeld.*]

SEQUESTRUM FRUCTUUM ECCLESIE DE ISEFELD.—Anno et loco eisdem, xiiij kal. Septembris, emanavit littera Reginaldo, capellano parochiali de Ysefeld, ad sequestrandum fructus et proventus ecclesie de Isefeld, et sub arcto sequestro custodiendum sicut de eisdem respondere voluerit, quousque aliud, etc.

[*Sequestration of Glynde.*]

SEQUESTRUM FRUCTUUM ECCLESIE DE GLYNDE.—Anno et loco eisdem, xiiij kal. Septembris, sequestrati sunt fructus ecclesie de Glynde per decanum de Malling.

[*Letter to the Dean of Pevensey. Regist. Epist. J. Peckham, i, 220.*]

[*Release of St. Mary Ottery.*]

RELAXATIO SEQUESTRI DE OTTERY, EXONIENSIS DIOCESIS.—Anno eodem apud Otteford, iij non Septembris, emanavit littera sub hac forma. Universis, etc. Frater Johannes, etc., salutem. Noverit universitas vestra quod nos sequestrum si quod auctoritate nostra, nuper sede Exoniensi vacante, per officialem nostrum ibidem, factum fuerit in bonis aut fructibus ecclesie beate Marie de Otery, que dicitur ad Rothomagense capitulum pertinere, salvo jure cujuslibet, tenore presentium penitus relaxamus, non obstante quod capitulum Rothomagense per dominum Walterum bone memorie, Exoniensem episcopum, dicta ecclesia sententialiter dicitur fuisse privatum. In cujus rei testimonium, etc. Datum, etc.

[*Sequestration of Wolston.*]

Idus Octobris sequestrata fuit per dominum ecclesia de Wolfricheston, in archidiaconatu Coventrensi, que est appropriata monachis transmarinis, quia non resident duo monachi sicut dominus ordinavit in sua visitatione, et commissum est sequestrum officiali archidiaconi Coventrensis.

[*Sequestration of Harborne and Edgbaston.*]

Memorandum quod vii kal. Novembris, anno consecrationis domini tertio, committebatur archidiacono Coventrensi sequestrum custodiendum fructus ecclesiarum seu capellarum de Horeburn et

de Egebaston, ac etiam pecunie que penes dominum H. de Egebaston, ac etiam alios qui partem bladi dictarum ecclesiarum emerunt, residet.

[*Abjuration by Reginald, son of Peter, of his concubine.*]

SACRAMENTUM DOMINI REGINALDI FILII PETRI.—Memorandum quod vi idus Decembris, apud Chilbalton juxta Werwel, Wyntoniensis diocesis, constitutus in presentia domini Cantuariensis, dominus Reginaldus filius Petri, miles, abjuravit quandam pellicem suam nomine [*blank*] de qua longo tempore fuerat infamatus, ita videlicet quod decetero uxorem suam tractabit affectione maritali, et si quod abjuravit recidivet, crucem accipiet et personaliter ibit in subsidium Terre Sancte, et hoc juravit super crucem Domini se fideliter servaturum; presentibus testibus dominis N. de Cnovile, B. Burt, et Ricardo de Glocestria.

[Fo. 59.]

[*Letter to the Official of Canterbury. Regist. Epist. J. Peckham, i, 255.*]

[*Letter to the Bishop of London. Ibid., i, 237.*]

[*Release of Lewes Priory.*]

PRO LEWES.—Noverint universi presentes litteras inspecturi quod nos, frater Johannes, etc., sequestrum auctoritate nostra, seu de mandato nostro, factum in bonis pertinentibus ad monasterium de Lewes, ubicunque per nostram provinciam Cantuariensem existant, pro eo quod prior et conventus loci ejusdem nuper in concilio apud Lameheth per nos celebrato non comparuerint, tenore presentium relaxamus, donec super hoc plenius deliberaverimus, et aliter duxerimus ordinandum, quam relaxationem de speciali gratia nostra factam, venerabilibus fratribus nostris coepiscopis ac aliis, quibus hujusmodi sequestri executio per nos fuerat demandata significamus, ne ipsi prefatos religiosos hujusmodi occasione molestant, donec aliud receperint in mandatis. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum apud Mortelake, xii kal. Januarii, anno Domini m^occ^o octogesimo primo, consecrationis nostre tertio.

[*Order to the bailiff of Lyminge to allow expenses for tilling the land there.*]

RELAXATIO SEQUESTRI DE LYMINGE PRO PARTE.—Frater Johannes, etc., ballivo de Lyminge salutem. Non obstante aliquo sequestro auctoritate nostra facto in fructibus ecclesie de Lyminge, volumus et mandamus quatinus magistro Pontio, procuratori

reitoris ejusdem, exhibitori presentium, exhibeas de ipsis fructibus per te, vel per alium, expensas necessarias pro terris ipsius ecclesie excolendis, et pro bestiis et animalibus, ac etiam necessaria familia, sustentandis, residuo sub pristino manente sequestro, donec a nobis aliud receperis in mandatis. Vale. Datum apud Otteford kal. Januarii consecrationis nostre anno tertio.

[Fo. 59b.]

[*Letter to Gregory de Rokeslec. Regist. Epist. J. Peckham, i, 267.*]

[*Release of St. Mary's Priory, Southwark.*]

PRO PRIORE ET CONVENTU BEATE MARIE DE SUTHWRK.—Frater Johannes, permissione divina Cantuariensis ecclesie minister humilis, totius Anglie primas, dilecto filio archidiacono Surreiensi, salutem, gratiam, et benedictionem. Quoniam dilectos filios nostros priorem et conventum ecclesie beate Marie de Southwork, quos ad ostendendum jura sua et privilegia seu munimenta super pensionibus seu portionibus decimarum, ac aliis quibuscumque ecclesiasticis beneficiis que vel quas in archidiaconatu vestro possident seu percipiunt ad nostram presentiam fecimus evocari, ac ipsos de nostra speciali gratia ab examine nostra in premissis hac vice dimisimus absolutos, vobis mandamus quatinus sequestrum, si quod occasione premissorum auctoritate nostra factum sit, sine more dispendio relaxatis, et pro relaxato penitus habeatis donec a nobis aliud receperitis in mandatis. Valet. Datum apud Croydune, kal. Januarii, consecrationis nostre anno tertio.

[*Relaxation for the Prior and Convent of Prittlewell.*]

PRO PRIORE DE PRITELWELL LONDONIENSIS DIOCESIS.—Anno eodem, apud Suthmallinge, v idus Januarii, exivit littera pro priore et conventu de Pritelwelle, Londoniensis diocesis, in eadem forma qua superius pro Priore de Lewes de sequestro relaxando.

[*Release of Churches of Southchurch and Tunstall.*]

PRO LAMBERTO DE MOUNETO.—Frater Johannes, permissione divina Cantuariensis ecclesie minister humilis, totius Anglie primas, viris venerabilibus et discretis archidiacono et officiali Cantuariensibus, et eorum loca tenentibus, salutem in Domino. Gratiam diu est a nobis factam dilecto clerico nostro Lamberto de Mouneto observare volentes, vobis mandamus quatinus ad sequestrationem ecclesiarum suarum de Subcherche et de Dunestalle, nullatenus procedatis, donec aliud a nobis habueritis in mandatis. Si vero in

predictis ecclesiis defectus fuerint, intimetis nobis, et faciemus ad sufficientiam emendari. Datum apud Suthmalling die Sabbati post Epiphaniam, anno Domini m^occ^olxxx^o primo.

[*Excommunication of those who violate the sequestration of Ringwood.*]

CONTRA VIOLATORES SEQUESTRI DE RINGWODE.—Frater Johannes, etc., dilecto filio officiali suo Wintoniensi, sede vacante, salutem, gratiam, et benedictionem. Cum nuper fructus ecclesie de Ringwode in forma canonica fecerimus sequestrari, ac quidam, ut intelleximus, sue salutis immemores, Dominum pre oculis non habentes, ipsum sequestrum presumpserint multipliciter violare, discretioni tue committimus et mandamus tibi nihilominus sub pena animadversionis districte, firmiter injungentes quatinus omnes hujusmodi sequestri nostri violatores per te, vel per alium aut alios, excommunicates in genere per totum decanatum de Forde, et alibi, ubi videris expedire singulis diebus dominicis et festivis, usque ad satisfactionem condignam et excommunicatos publice et solemniter facias nunciari, inquirens nihilominus et inquirens diligenter de eorum nominibus, et quos in hac parte reos inveneris, cites peremptorie, per te vel per alium, ut infra certum diem eis a te statuendum, coram nobis ubicunque fuerimus in nostra provincia compareant, nobis super hoc et aliis sibi obiciendis responsuros, facturos et recepturos que justitia suadebit. Quid autem feceris in premissis, et diem quem in hac parte reis ad comparendum coram nobis duxeris prefigendum, infra mensem a data presentium fideliter nobis rescribas, per tuas patentes litteras harum seriem continentes. Vale. Datum apud Suthmalling xv kal. Februarii consecrationis nostra anno tertio.

[*Letter to the official of the Archdeacon of Sudbury. Regist. Epist. J. Peckham, i, 267.*]

[Fo. 60.]

[*Release of Lewes Priory.*]

PRO PRIORE ET CONVENTU DE LEWES.—Frater Johannes permissione divina Cantuariensis ecclesie minister humilis, totius Anglie primas, etc., dilecto filio magistro Ade de Hale, officiali suo Wintoniensi, sede vacante, salutem, gratiam, et benedictionem. Quia sequestrum in bonis et pensionibus prioris et conventus de Lewes nuper in visitatione nostra Wintoniensis diocesis auctoritate nostra factum, de nostra gratia speciali duximus relaxandum, vobis mandamus quatinus dictum sequestrum pro relaxato penes

vos habentes, liberam administrationem bonorum et pensionum suarum eosdem habere permittatis, donec aliud super hiis a nobis receperitis in mandatis.

[*Release of Wrotham and Lyminge.*]

PRO MAGISTRO PETRO ALBI.—Memorandum quod v^{to} idus Februarii, apud Mortelake, dominus relaxavit per litteram suam, sequestra facta auctoritate sua in fructibus ecclesiarum de Wrotham et de Lyminge quas tenet magister Petrus Albi.

[*Release of Hecham.*]

PRO MONACHIS LEWENSIBUS.—Item eodem die et ibidem, commissit dominus relaxationem sequestri facti per eum in fructibus monachorum Lewensium apud Hecham, Norwicensis diocesis, in forma juris faciendam vocatis qui ad hoc fuerint evocandi.

[*Release of Moreton Hampstead.*]

PRO ECCLESIA DE MORTUN EXONIENSIS DIOCESIS.—Frater Johannes permissione divina Cantuariensis ecclesie minister humilis, totius Anglie primas, dilecto filio officiali archidiaconi Tottonie, salutem, gratiam, et benedictionem. Quia sequestrum in bonis et fructibus ecclesie de Mortun per nos auctoritate nostra factum, de gratia speciali relaxavimus, vobis mandamus quatinus, dictum sequestrum penes vos pro relaxato habentes, liberam administrationem bonorum ecclesie predicte ejusdem rectori habere permittatis, donec aliud a nobis receperitis in mandatis. Datum apud Bocfast' iij non. Marcii, anno Domini m^occ^olxxx^o primo, consecrationis nostre quarto.

[*Release of Michelmersh.*]

PRO ECCLESIA DE MICHELMAREYS WINTONIENSIS DIOCESIS.—Memorandum quod xij kal. Aprilis, apud Crydington, relaxavit dominus per litteram suam sequestrum factum in fructibus ecclesie de Michelmares, Wintoniensis diocesis, qui ad dominum Symonem de Nigella ejusdem ecclesie rectorem de jure pertinere noscuntur.

[*Sequestration of Faversham.*]

SEQUESTNUM VICARIE DE FEVERSHAM.—Idus Aprilis emanavit littera commissario Cantuariensi ad sequestrandum vicariam de Faversham, et citandum magistrum Gilbertum, vicarium ejusdem, ad proximam diem juridicam post Ascensionem Domini, respondendum super non residentiam quam juravit facere personalem.

[*Release on behalf of the Abbey of Malmesbury.*]

RELAXATIO SEQUESTRI PRO ABBATE ET CONVENTU DE MALMESBURIA.—Frater Johannes permissione divina, etc., venerabili fratri domino, Dei gratia Wigornensi Episcopo, salutem, et sinceram in Domino caritatem. Abbatis et conventus de Malmesburia, vestre diocesis, inspeximus exemptionis privilegium quod allegant, et idcirco volumus quod si quod vice et auctoritate nostra in ipsorum ecclesiis factum est sequestrum ad presens totaliter relaxetur. Valet. Datum apud Mortelake.

[*The whole of this entry is crossed out in the Register.*]

[*Release of John le Romeyn.*]

RELAXATIO SEQUESTRI BONORUM MAGISTRI JOHANNIS LE ROMEYN.—Memorandum quod xii kal. Maii relaxatum est sequestrum auctoritate domini factum in bonis magistri Johannis dicti le Romeyn, per litteras domini decano de Schorham directas, anno Domini m^occc^o octogesimo secundo, consecrationis domini quarto.

[*Sequestration of Shoreham.*]

SEQUESTRUM FRUCTUUM ET PROVENTUUM ECCLESIE DE SCHORHAM.—Frater Johannes, etc., dilecto filio decano de Schorham, salutem, gratiam, et benedictionem. Quia rector ecclesie de Schorham, in ipsa ecclesia et capellis ad eam spectantibus, ut tenetur, curam debitam non exercet, ne fructus ejusdem ecclesie et capellarum suarum, sicut hactenus, ulterius in illicitis usibus consumerentur, tibi in virtute obedientie firmiter injungendo mandamus quatinus omnes fructus et proventus dicte ecclesie et capellarum suarum, ad ipsum rectorem quoquomodo spectantes, sequestres, et sub arcto sequestro, sicut de eo nobis respondere volueris, teneri facias, quousque a nobis aliud receperis in mandatis, citans etiam eundem rectorem nihilominus preemtorie et solemniter in ecclesia sua, quod infra tempus sibi a jure concessum veniat facturum in ecclesia sua predicta personalem residentiam ut tenetur, et animarum cure quam negligit, salubriter provisurus, alioquin ex tunc contra eum procedetur prout de jure fuerit procedendum. Quid autem feceris in premissis, nobis infra xv dies a receptione presentium rescribere fideliter non omittas. Vale. Datum apud Mortelake, ij non. Maij anno Domini m^occ^olxxxij, consecrationis nostre quarto.

[Fo. 6ob.]

[*Release of Otford.*]

DECANO DE SHORHAM PRO RECTORE EJUSDEM.—Frater Johannes, etc., decano de Shorham, salutem, gratiam, et benedictionem. Mandamus tibi quatinus non obstante sequestro quod nuper per te mandavimus fieri in fructibus ecclesie de Otteford, permittas Gwaluanum, procuratorem rectoris ipsius ecclesie, liberam habere administrationem fructuum eorundem, ita tamen quod ipsorum fructuum media pars sub pristino sequestro maneat pauperibus parochie et alia, sicut expedire viderimus, ibidem prout canonicum fuerit assignanda. Vale. Datum apud Slyndone xiiii kal. Junii, consecrationis nostre anno quarto.

[*Sequestration of Isfeld.*]

SEQUESTRUM FRUCTUUM ECCLESIE DE ISEFELD.—Frater Johannes, etc., decano de Suthmallinge salutem, etc. Discretioni vestre committimus et mandamus quatinus fructus ecclesie de Isfeld sequestretis, et sub arcto faciatis sequestro teneri sicut de eo nobis respondere volueritis, donec a nobis aliud receperitis in mandatis, inquirentes diligenter qualiter et per quem sequestrum, quod nuper in eadem ecclesia fieri mandavimus, fuerit relaxatum, et de hoc nos curetis reddere certiores. Citetis etiam nihilominus peremptorie in forma canonica rectorem ecclesie predicte, ut infra tempus a jure statutum veniat facturus residentiam personalem, et compareat coram nobis super sibi objiciendis responsurus, facturus et recepturus quod justitia suadebit, alioquin contra eum procedetur prout de jure fuerit procedendum. Quid autem feceritis in premissis nobis infra xv dies a receptione presentium per vestras patentes litteras fideliter rescribatis. Valete. Datum Suthmallinge kal. Julii consecrationis nostre anno iiiii scilicet.

[*Sequestration of Redgrave and Risby.*]

SEQUESTRUM FRUCTUUM ECCLESiarUM DE RADGRAVE ET RYSEBY.—Frater Johannes, etc., dilecto filio archidiacono Subirie, salutem, gratiam, et benedictionem. Sequestrum per nos factum in fructibus ecclesiarum de Radgrave et Ryseby vobis custodiendum committimus per presentes, ut salvis expensis necessariis quas Edmundum de Ho, rectorem dictarum ecclesiarum, per manus vestras habere volumus de eisdem, ad prosecutionem litis sue in curia nostra Cantuariensi super ecclesiis memoratis, ipsum sequestrum fideliter custodiatis nomine nostro, sicut inde volueritis respondere, donec a nobis aliud receperitis in mandatis. Valete. Datum apud Cherringe ij id. Julii consecrationis anno quarto.

[*To the Bishop of Lincoln asking him to sequestrate Wraysbury church.*]

DOMINO EPISCOPO LINCOLNIENSI AD SUBTRAHENDUM ROBERTO LE WYSE DE GLOCESTRIA FRUCTUS ECCLESIASTICOS TANQUAM EXCOMMUNICATO.—Frater Johannes, etc., venerabili fratri episcopo Lincolniensi, salutem et fraterne caritatis augmentum. Cum illi juxta canonicas sanctiones sint fructus ecclesiasticorum beneficiorum merito subtrahendi, cui est ecclesiastica communio denegata, ac magister Robertus le Wyse de Glovernia, qui se gerit pro rectore ecclesie de Wyradesburia, vestre diocesis, sit et fuerit diu est auctoritate nostra majoris excommunicationis sententia innodatus, fraternitatem vestram rogamus, monemus et exhortamur in Domino vobis in virtute obedientie firmiter injungendo, mandantes quatinus prefato Roberto subtrahatis et arctius fructus dicte ecclesie de Wyradesburia custodire faciatis, ne ipse Robertus seu quivis alius nomine suo possit ipsos fructus dilapidare, consumere, aut in suos usus convertere quoquo modo, cum illud sub conniventie clamide tolerare, esset sacrilego facinori prebere consensum. Quid autem circa hoc feceritis nobis per vestras patentes litteras harum seriem continentes, infra mensem a receptione presentium fideliter intimetis. Valete. Datum apud Aldyngton, kal. Septembris, anno Domini m^occ^olxxx^oii^o, consecrationis nostre quarto.¹

[*Sequestration of Hayes.*]

SEQUESTRUM FRUCTUUM ECCLESIE DE HESE.—Frater Johannes, etc., decano de Croyndon salutem, etc. Discretioni tue committimus, et firmiter injungendo mandamus quatinus fructus ecclesie de Hese auctoritate nostra sequestres, et sub arcto sequestro facias custodiri, sicut inde nobis respondere volueris, quousque super hiis a nobis aliud receperis in mandatis; cites etiam nihilominus peremptorie rectorem ejusdem ecclesie in ecclesia predicta, ut infra tempus a jure statutum veniat facturus in eadem residentiam personalem, alioquin contra eum, etc. Ad hec insuper cites eundem ut infra tempus superius anotatum compareat coram nobis, ac nobis super sibi objiciendis responsurus, etc. Et quid feceritis in premissis nobis citra festum Omnium Sanctorum fideliter constare facias per tuas patentes litteras harum, etc. Datum apud Aldyngton xvij kal. Octobris.

¹ Marginal note, in a more modern hand: "Littera ad subtrahendum excommunicato fructus beneficii sui".

[*Relaxation of the same.*]

RELAXATIO FRUCTUUM SEQUESTRATORUM ECCLESIE DE HESE SUB CERTA TAMEN QUANTITATE.—Frater Johannes, etc., decano de Croyndon, salutem, gratiam, et benedictionem. Licet alias vobis dederimus in mandatis quod fructus et proventus ecclesie de Hese auctoritate nostra sequestraretis, et sub arcto custodiretis sequestro, volentes tamen magistro Bonetto de Sancto Quintino, dicte ecclesie firmario, ut asseritur, gratiam facere specialem, vobis mandamus quatinus dicto magistro ad opus suum et parochianorum pauperum dicte ecclesie, de ipsius fructibus libere permittatis triturare et disponere usque ad xx marcas, manente residuo dictorum proventuum et fructuum sub sequestro pro quo vos volumus respondere. Datum apud Prothelan, ii id. Novembris, ordinationis domini anno iiii^{to}.¹

[*Order for the dean of Wyly to account for fruits of Stapelford.*]

OFFICIALI ARCHIDIACONI SARISBURIENSIS PRO SEQUESTRO FRUCTUUM ECCLESIE DE STAPELFORD.—Frater Johannes, etc., dilecto filio in Christo officiali archidiaconi Sarisburiensis, salutem, gratiam, et benedictionem. Cum custodiam sequestri fructuum et proventuum ecclesie de Stapelford, auctoritate nostra facti elapso jam biennio, Thome vicario de Wynterburnestoke, tunc decano de Wyly, commiserimus, nec de dicto sequestro, aut ejus exitibus nobis per dictum vicarium hactenus aliquatenus sit responsum, vobis mandamus firmiter injungentes quatinus dictum vicarium moneatis, et efficaciter inducatis ut de dicto sequestro et ejus exitibus citra festum Beati Valentini Martiris, nobis respondeat, ut tenetur, alioquin citetis eundem vicarium peremptorie quod compareat coram nobis, vel nostros commissarios, proximo die juridico ante festum Beati Petri in Cathedra, ubicunque tunc fuerimus in nostra provincia, super premissis responsurus, facturus etiam et recepturus ulterius quod justitia suadebit. Qualiter autem hoc nostrum mandatum executi fueritis citra dictum diem ante prefatum festum Beati Petri proximum, nos vel dictos nostros commissarios reddatis per vestras patentes litteras harum continentes seriem certiores. Datum apud Blockele, v kal. Februarii ordinationis nostre quinto.

[Fo. 61.]

[*Citation of the Rector of Halton.*]

DECANO DE RISEBERGE AD CITANDUM MAGISTRUM R. DE PIKERINGE RECTOREM ECCLESIE DE HALVETON, ETC., ET AD

¹Marginal note by the scribe of the Register: "Quere sequestrum fructuum ecclesie de Newenton inter litteras communes directas decano de Riseberge."

SEQUESTRANDUM FRUCTUS EJUSDEM ECCLESIE.—Frater Johannes, etc., dilecto filio decano de Riseberge, salutem, gratiam, et benedictionem. Sollicitudinem tuam, circa ea que tibi nuper commisimus exequenda, plurimum in domino commendantes, discretioni tue iterato committimus et mandamus quatinus cites peremptorie, per te vel per alium, magistrum R. de Piking, rectorem ecclesie de Halveton, ut scribitur, quod compareat coram nobis ubicunque fuerimus in nostra provincia, tertia die juridica post primam dominicam quadragesime nobis super sibi objiciendis responsurus, facturus et recepturus quod justitia suadebit. Et quia dictus magister R. ecclesiam ipsam de Halerveton adeptus est post ultimum concilium Lugdunense, nec se procuravit infra annum in presbiterum ordinari, quod adeo publicum est et notorium quod nulla potest tergiversatione celari, fructus ejusdem ecclesie multo tempore damnabiliter rapiendo, sequestres interim nihilominus fructus ipsius ecclesie de Halerveton, et sub arcto sequestro unacum fructibus ecclesie de Newnton, quos alias per te sequestrari fecimus, custodiens, sicut de eis nobis volueris respondere, donec a nobis aliud receperis in mandatis. Qualiter autem mandatum nostrum in hac parte fueris executus, nobis citra diem predictum fideliter constare facias per tuas patentes litteras harum seriem continentes. Volumus insuper et hortamur, ut magis continue in ecclesia tua resideas decetero quam diceris hactenus resedissee. Valet. Datum apud Hertleburiam v^{to} id. Februarii anno Domini m^occ^o octogesimo secundo, ordinationis nostre quinto.

[*Sequestration of Newington.*]

DECANO DE RISEBERGE PRO SEQUESTRO ECCLESIE DE NEUTONIA.—Memorandum quod v^{to} kal. Marcii, apud Teukesburiam, concessit dominus per litteram suam que mandavit decano de Riseberge, quod fructus ecclesie de Neutonia tritarentur et distraherentur per procuratores rectoris ecclesie ejusdem, ita quod pecunia inde proveniens sub arcto et pristino maneat sequestro, donec aliud a domino habuerit in mandatis.

[*Release of the same.*]

Frater Johannes, etc., dilecto filio decano suo de Riseberge, salutem, gratiam, et benedictionem. Licet nuper fructus ecclesie de Neutonia ex certis et legitimis causis sequestraverimus, et sub arcto sequestro per vos mandaverimus custodiri; quia tamen rector ecclesie ejusdem paratus existit ad dictam ecclesiam venire, ut visitet gregem suam, et alia faciat que sibi incumbunt, ad quod

eidem certas indutias duximus ex gratia concedendas, prefatum sequestrum tenore presentium relaxamus, mandantes ut ipsum relaxatum habentes procuratorem ipsius rectoris de dictis fructibus libere permittatis disponere, donec a nobis aliud habueritis in mandatis. Valet. Datum apud Mortelake, kal. Aprilis anno Domini m^occ^o lxxx^o tercio, ordinationis nostre v^{to}.

[*Order to distrain at Tangmere.*]

PRO FRUCTIBUS SEQUESTRATIS ECCLESIE DE TANGMERE.—Memorandum quod iij^o non. Aprilis, anno quo supra, apud Croyenden, mandavit dominus decano de Pageham ad distrahendum fructus ecclesie de Tangmere antea sequestratos per dominum.

[*Citation of rectors of divers churches.*]

SEQUESTRUM FACTUM IN FRUCTIBUS ECCLESiarUM RECTORUM NON VENIENTIUM AD ORDINES CELEBRATOS PER DOMINUM APUD CROYENDEN DIE SABBATI QUA CANTATUR SICIENTES ANNO ORDINATIONIS DOMINI QUINTO.—Frater Johannes, etc., dilecto filio magistro Martino, commissario Cantuariensi, salutem, gratiam, et benedictionem. Nuper de diocesi nostra rectores ecclesiarum de Herietesham, de Stapelhurst, de Kenardington, de Boclaunde, de veteri Romenhal, de Snaves, de Wychalinge, de Tunstalle, de Stokeburia, de Northum, de Preston, de Baddlesmere, Sancti Jacobi Dovorie, de Hystlangedon, de Rypple, de Knolton, Sancti Petri de Sandwyco, de Acrise, Omnium Sanctorum Cantuarie, de Eschedeford, de Hestwelle, de Magna Chert, de Parva Chert, de Plukelege, et de Epmerston, item, de locis exemptis, rectores ecclesiarum de Aldington, de Cherringe, de Westwelle, de Slyndon, de Isefelde, de Earde, de Kerstane, de Cheveninge, et de Eyneford, legitime citari fecimus, ut certis die et loco, ac statutis temporibus, comparerent ordines quos eorum cure requirunt a nobis canonice recepturi, qui comparere et hujusmodi mandato nostro obedire minime curaverunt. Verum quia persone ecclesiastice per subtractionem fructuum beneficiorum suorum ad receptionem ordinum compellendi existunt, discretioni tue committimus, et firmiter injungendo mandamus, quatinus fructus et proventus omnium ecclesiarum predictarum, auctoritate nostra, sequestres et sub arcto sequestro custodiri facias, sicut de exitibus eorundem nobis volueris respondere, donec super hiis a nobis aliud receperis in mandatis; citans nihilominus omnes rectores omnium ecclesiarum predictarum, ut die Veneris proxima post dominicam qua cantatur Misericordia Domini, compareant coram nobis ubicunque in nostra

provincia fuerimus, nobis super premissis ac aliis sibi ex officio nostro objiciendis responsuri, facturi, et recepturi, etc. Qualiter autem presens mandatum nostrum fueris executus nobis dictis die et loco, fideliter constare facias per tuas patentes litteras harum seriem continentes. Datum apud Mortelake viii id. Aprilis anno ordinationis nostre v^o.

[*Sequestration of several churches in London.*]

ITEM DE EODEM.—Item, sub forma et data suprascriptis, emanavit littera decano de Arcubus Londoniarum ad sequestrandum fructus ecclesiarum Sancti Vedasti, Omnium Sanctorum in Bredstrete, Paternostercherche, Sancti Leonardi in Estchipe, Sancti Dionisii, et Sancti Michaelis in Candelwykstrete.

[*Sequestration of Newington and Halton.*]

ITEM DE EODEM.—Item, sub forma et data, etc., emanavit littera decano de Risberge ad sequestrandum fructus ecclesiarum de Neuton et de Halgztone.

[*Sequestration of Hayes, Burstowe, and Wimbeldon.*]

ITEM DE EODEM.—Item, sub forma et data ut supra emanavit littera decano de Croyendene ad sequestrandum fructus ecclesiarum de Hese de Borstowe et de Wymbeldone.

[*List of churches sequestrated.*]

NOMINA ECCLESiarUM SEQUESTRATARUM PROPTER ORDINES.

Herietsham.	Sancti Petri de Sand-	Kerstane.	} exempti
Stapelhurst.	wycō.	Cheveninge.	
Kenardington.	Acryse.	Eynesford.	
Boclanude.	Omnium Sanctorum	Sancti Vedasti, Lon-	}
Vetus Romenhal.	Cantuarie.	donie.	
Snaves.	Eschedeford.	Omnium Sanctorum	}
Wycheling.	Hestwelle.	in Bredstrete.	
Tunstalle.	Magna Chert.	Paternostercherche.	}
Stokeburia.	Parva Chert.	Sancti Leonardi in	
Northton.	Plukele.	Estchepe.	}
Preston.	Eynerston.	Sancti Dyonisii.	
Baldesmere.	Aldington.	Sancti Michaelis in	} exempti
Sancti Jacobi Do-	Cherringe.	Candelwykstrete.	
verie.	Westwelle.	Neuton. Halgztone.	
Hystlangedon.	Slyndon.	Hese.	}
Rypple.	Isefeide.	Borstouwe.	
Knolton.	Earde.	Wymbeldone.	

[Fo. 61b.]

[*The Dean of Croydon is forbidden to release sequestration without orders.*]

DECANO DE CROYENDENE QUOD NON RELAXET ALIQUOD SEQUESTRUM DE SPECIALI MANDATO DOMINI FACTUM VEL MANDATUM AB ORE EJUS.—Memorandum quod vij id. Aprilis apud Croyendene precepit dominus in camera sua, post prandium, presente consilio suo decano de Croyendene, quod nullum sequestrum de mandato suo specialiter factum ad cujuscunque mandatum relaxet, vel pro relaxato habeat quousque per litteras domini vel ab ore ejus aliud super hoc habuerit in mandatis, et si aliquod dictorum per officialem Cantuariensem vel alium relaxari contigerit, fructus et proventus sequestri hujusmodi iterum requestret [*sic*].

[*Sequestration of pension.*]

SEQUESTRUM PENSIONIS ET PECUNIE DEBITE MAGISTRO EMMANUELI ARCHIDIACONO CREMONENSI IN ABBATIA DE CERTEYSEYA.—Frater Johannes, etc., religioso viro abbati de Certeyseya salutem, gratiam, et benedictionem. Pensionem annuam in qua magistro Emanueli, archidiacono Cremonensi, tenemini, necnon et pecuniam sibi ratione hujusmodi pensionis a vobis debitam certis et legitimis causis in vestris manibus sequestramus, mandantes vobis districtius quatinus pensionem et pecuniam hujusmodi sub arcto sequestro, auctoritate nostra, custodiatis sicut inde nobis volueritis respondere, donec super hoc a nobis aliud habueritis in mandatis. Datum Cantuarie xij kal. Maii anno Domini m^occ^olxxxij^o, ordinationis nostre quinto.

[*Sequestration of the goods of Walter de Cantia.*]

Frater Johannes, etc., dilecto filio decano de Elham, salutem, gratiam, et benedictionem. Quia intelleximus quod domus et edificia rectorie de Acryse per defectum Walteri de Cantia, defuncti, nuper rectoris ecclesie supradicte in tantum fuerunt tempore ipsius diruta et neglecta, quod circa reparationem eorum magnos et perquam graves sumptus apponere oportebit, ac quedam summa pecunie, et alia bona dicto defuncto debita penes te, tanquam firmarium predicte ecclesie residere dicuntur, pecuniam et omnia bona hujusmodi penes te residentia ad reparandum defectus predictos in manus tuas, tenore presentium, sequestramus, mandantes tibi districtius, quatinus eadem sub arcto sequestro custodias, quouscunque (*sic*) aliud a nobis inde receperis in mandatis. Ad hoc etiam tibi firmiter injungendo mandamus quatinus fructus

et proventus omnes predicte ecclesie de Acryse instantis autumni sequestres, et sub arcto sequestro custodiri facias sicut de eisdem nobis volueris respondere, ad opus Johannis de Gloucestria, nunc rectoris ecclesie memorate. Datum apud Suthmallinge, non. Julii anno Domini m^occ^o octogesimo tertio, ordinationis nostre quinto.

[*Release of Stockbury.*]

RELAXATIO FRUCTUUM ECCLESIE DE STOCKBURIA.—Memorandum quod xij kal. Octobris, apud Tenham, emanavit littera directa magistro Martino commissario de relaxatione sequestri fructuum ecclesie de Stocburia, quia dominus Willelmus, rector ejusdem, pro contumaciis ejus de ordinibus non susceptis domino satisfacit juxta sue beneplacitum voluntatis.

[*Sequestration of Peckham.*]

SEQUESTRUM FRUCTUUM ET PROVENTUUM ECCLESIE DE PECHAM.—Frater Johannes, etc., dilecto filio officiali archidiaconi Lewensis, salutem, gratiam, et benedictionem. Quia fructus et proventus ecclesie de Pecham ex certis causis et legitimis magistrum Rogerum de Wyztringe, qui se gerit pro rectore ejusdem, tangentibus in visitatione nostra Cicestrensis diocesis contra personam suam inventis, decrevimus sequestrandos, discretioni vestre committimus et firmiter injungendo mandamus quatinus fructus et proventus ad predictam ecclesiam pertinentes in manus nostras sine more dispendio sequestretis, et faciatis sub arcto sequestro custodiri, quorum custodiam vobis committimus per presentes, sicut de eisdem nobis volueritis respondere. Datum apud Otteford, iiij non. Augusti anno ut supra.

[*Letter to his Official. Regist. Epist. J. Peckham, ii, 642.*]

[*Order to sequester certain churches.*]

SEQUESTRA PRO CONTUMACIA ORDINUM CELEBRATORUM APUD CROYNDON.—Frater Johannes, etc., magistro Martino, commissario suo, salutem. Discretioni vestre committimus, et mandamus quatinus fructus et proventus ecclesiarum de Kestane, Omnium Sanctorum Cantuarie, de Ronardinton, de Snaves, de Brokebond, de Heriethesham, de Rypple, de Westlanginden, de Hautfeld, de Norton, nostre diocesis et jurisdictionis exempte, in decanatu de Shorham, quarum rectores semel et sepius vocati peremptorie, ordines quos earum cura requirit a nobis recepturi, comparere minime curaverunt, vice et auctoritate nostra seques-

tretis vel sequestrari et sub arcto sequestro custodiri faciatis, sicuti de exitibus nobis volueritis respondere. Et quia pro certo didicimus quod magister Petrus de Satiniaco, rector ecclesie de Heriestesham, per non modicos annos, ac magister Robertus de Colerne, rector ecclesie de Burne, jam per multa tempora, a dictis beneficiis suis se subtraxerunt, nec residentiam ac aliqua caritatis opera ibidem facere curaverunt, nos hoc ulterius inoffensa justitia sustinere non valentes, sicuti non possumus nec debemus, vobis mandamus quatinus eosdem magistros Petrum et Robertum moneatis, et efficaciter inducatis, ut infra sex menses a tempore monitionis nostre quam eis fieri precipimus indilate, ad sua beneficia antedicta redeant, et ibidem continuam faciant residentiam personalem, sub pena amissionis beneficiorum suorum predictorum. Qualiter autem hujusmodi mandatum nostrum fueritis executi, nobis ad dictum diem fideliter intimare curetis per vestras patentes litteras harum seriem continentes. Datum apud Slyndon, iij kal. Januarii.

[Fo. 62.]

[*Monition to rectors of Moulton and Hadleigh.*]

MONITIO FACTA RECTORIBUS ECCLESiarUM DE MULTON ET HADLYE.—Fratr Johanes, etc., decano de Bocking, salutem. Quia pro certo novimus rectorem ecclesie de Multon se per plures annos a prefata sua ecclesia subtraxisse, nec aliqua ibidem fecisse opera caritatis, ac etiam eundem quantoties fuisse vocatum coram nobis, ordines quos ipsius ecclesie cura requirit sucepturum, idem tamen rector contumaciter se absentans minime comparere curavit; atque rectorem de Hadleye ab ipsa ecclesia sua se per plura tempora plus debito absentasse, licet ad residentiam personalem et continuam ibidem faciendam in admissione ipsius beneficii prestisset coram nobis ad sancta Dei evangelia juramentum. Nos hoc ulterius sustinere nolentes sicuti non possumus inoffensa justitia nec debemus, tibi committimus et mandamus quatinus prefatum rectorem ecclesie de Multone cites, vel citari facias, peremptorie, ut in proximis ordinibus nostris hac instanti quadragesima, mense Martii, celebrandis compareat coram nobis, ordines quas ipsius ecclesie cura requirit suscepturus. Moneatis insuper et efficaciter inducatis rectores supradictos, ut infra sex menses proximo numerandos ad predicta beneficia sua redeant, et in eisdem debitam faciant continuam residentiam personalem sub pena privationis ecclesiarum suarum predictarum. Qualiter autem hujusmodi mandatum nostrum fueris executus nobis quamcitus intimare procure per tuas patentes litteras harum seriem continentes. Datum apud Slyndon iij kal. Januarii.

[*Release of Charing.*]

RELAXATIO SEQUESTRI DE CERRINGE.—Frater Johannes, etc., officiali suo, salutem, etc. Quia de sequestro vice et auctoritate nostra per vos facto seu apposito in fructibus ecclesie de Cerringe, autumnii preteriti, per dominum Egidium de Audenardo, qui rectoris officio fungitur, nobis est in forma debita satisfactum, vobis mandamus quatinus dictum Egidium liberam ipsorum fructuum administrationem habere permittatis; proviso tamen quod illius indemnitati caveatur, qui fructus eosdem a nobis dicitur comparasse. Datum apud Chedeham, iij non Januarii, etc.

[Fo. 62b, 63, and 63b, are blank.]

[Fo. 64.]

LITTERE DOMINI PAPE DIRECTE DOMINO.

Anno gratie m^occ^o Octogesimo primo.

[*Martin IV to Peckham and his suffragans. Regist. Epist. J. Peckham, i, 230.*]

[Fo 64b.]

LITTERE DIRECTE DOMINO PAPE ET CARDINALIBUS.

[A.D. 1281-1284.]

[*Letter to the Bishop of London. Regist. Epist. J. Peckham, i, 256.*]

[*Letter to Cardinal John Chioletti. Ibid., i, 282.*]

[Fo. 65.]

[*Letter to Cardinal Hugh Atratus. Ibid., i, 281.*]

[*Letter to Cardinal Matthew Orsini. Ibid., i, 227.*]

[Fo. 65b.]

[*Letter to the Proctor of the Friars Minor in the Roman Court. Ibid., i, 284.*]

[*Letter to Cardinal Benedict Gaetano. Ibid., i, 350.*]

[*Appointment of Philip de Pomonte and James de Trebys as proctors at Rome.*]

PROCURATORIUM AD CURIAM ROMANAM.—Universis presentes litteras inspecturis vel etiam auditoris, frater Johannes, permissione divina Cantuariensis archiepiscopus, totius Anglie primas, salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra quod nos dilectos nobis in Christo, Philippum de Pomonte et Jacobum de Trebys, in Romana Curia commorantes, facimus, ordinamus, et constituimus per presentes litteras, conjunctim et divisim, nostros procuratores et nuntios speciales in Romana Curia, specialiter ad impetrandum, pro nobis et nomine nostro, litteras, tam simplices quam legendas, gratiam et justitiam continentes, et

alias cujuscunque conditionis aut tenoris existant, seu quocunque nomine censeantur, necnon et contradicendum, judices recusandum et eosdem eligendum, et in loca et judices conveniendum seu consentiendum, alium seu alios procuratores loco sui substituendum, qui similem in premissis habeat seu habeant potestatem, ac etiam eosdem revocandum quotiescumque et quantumcunque sibi videbitur expedire, et alium seu alios loco revocatorum substituendum presenti mandato nihilominus in suo robore duraturo; ratum et gratum habituri quicquid iidem Philippus et Jacobus, vel alter eorum, substitutus vel substituti ab ipsis vel eorum altero in premissis et quodlibet premissorum nomine nostro duxerint seu duxerit faciendum seu etiam procurandum. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum apud Mortelake, Wintoniensis diocesis, kal. Maii, anno Domini m^occ^o octogesimo secundo, indictione decima.

[Fo. 66.]

[*Letter to Pope Martin IV. Regist. Epist. J. Peckham, ii, 635.*]

[Fo. 66b.]

[*Letter to Cardinal Matthew Orsini. Ibid., ii, 639.*]

[*Letter to Pope Martin IV. Ibid., ii, 638.*]

[*Letter to Bishop Jerome of Preneste. Ibid., ii, 692.*]

[Fo. 67.]

[*Letter to the Bishop of Tusculum. Ibid., ii, 694.*]

[Fo. 67b.]

[*Letter to Cardinal Gervais Giancolet de Clinchamp. Ibid., ii, 697.*]

[*Letter to Cardinal Hugh of Evesham. Ibid., ii, 711.*]

[Fo. 68.]

[*Letter to the Bishop of Tusculum. Ibid., ii, 714.*]

[*Letter to Cardinal Godfrey de Alatro. Ibid., iii, 834.*]

[*Letter to certain Cardinals. Ibid., iii, 870.*]

[Fo. 68b.]

[*Letter to Cardinal Matthew Orsini. - Ibid., iii, 872.*]

[Fo. 69.]

[*Letter to Cardinal de Clinchamps. Ibid., iii, 873.*]

[Fo. 69b is blank.]

[Fo. 70.]

Anno Domini m^occ^olxxix^o. Consecrationis primo mense Junii.

**LITTERE PRO CONSERVANDIS LIBERTATIBUS DIRECTE.
DOMINO REGI ET JUSTICIARIIS EJUS.**

[*Letter to John de Reygate and other justices. Regist. Epist. J. Peckham, i, 12.*]

[Letter to John de Reygate. *Ibid.*, i, 14.]

[Letter to Almaric de Chaunceus, sheriff of Surrey and Sussex. *Ibid.*, i, 13.]

[Letter to the official of the Archdeacon of Canterbury. *Ibid.*, i, 61.]

[Fo. 70b.]

[Letter to Edward I. *Ibid.*, i, 109.]

[Letter to Edward I. *Ibid.*, i, 111.]

[Fo. 71.]

[Letter to John de Somerset. *Ibid.*, i, 119.]

[Letter to rectors in exempt places. *Ibid.*, i, 127.]

[Letter to the bailiff of South Malling. *Ibid.*, i, 161.]

[Fo. 71b.]

[Sentence in visitation. *Ibid.*, i, 200.]

[Letter to the barons and bailiffs of Rye. *Ibid.*, i, 235.]

[Letter to the Dean of the Arches. *Ibid.*, i, 283.]

[Letter to William Norman. *Ibid.*, i, 284.]

[Fo. 72.]

[Sentence against royal chapels. *Ibid.*, i, 147.]

[Fo. 72b.]

[Process against Tedesius, Dean of Wolverhampton. *Ibid.*, i, 130.]

[Public Instrument concerning Tedesius de Camilla. *Ibid.*, ii, 419.]

[Fo. 73.]

[Visitation of Hereford. *Ibid.*, ii, 484.]

Fo. 73b.]

[Public instrument concerning the case of appeal between the Prior and Convent of Coventry and the Bishop of Coventry and Lichfield.]

PRO CONSERVANDIS LIBERTATIBUS PUBLICA INSTRUMENTA.

INSTRUMENTUM PUBLICUM SUPER CAUSA APPELLATIONIS NOTA INTER DOMINUM EPISCOPUM CONVENTRENSEM ET LICHFELDENSEM ET PRIOREM ET CONVENTUM CONVENTRIE.—In nomine Domini, Amen. Pateat universis presens instrumentum publicum inspecturis, quod cum nuper ex parte religiosorum virorum, prioris et conventus Conventrie coram reverendo patre domino Johanne, Dei gratia Cantuariensi archiepiscopo, totius Anglie primate, pro tribunali sedente et audiente causam appellationis motam inter eosdem religiosos, appellantes ex parte una, et venerabilem patrem dominum Rogerum, Dei gratia Conventrensem et Lichfieldensem episcopum, partem appellatam ex altera, et ad ipsius domini archiepiscopi curiam devolutam, propositum fuisset in iudicio quod

idem episcopus multa eis illicite gravamina intulerat, et inferri ab aliis procuraverat ipsis nihilominus, non obstante inhibitione ab ipso domino archiepiscopo in causa appellationis predictæ, alias sibi facta, ac etiam petitum fuisset super hoc eisdem priori et conventui salubri remedio provideri; prefatus dominus archiepiscopus canonica monitione premissa inhibuit magistro Roberto de Bromle, defensori, seu procuratori ipsius episcopi, ac etiam magistris Elie de Napton, archidiacono Derbeye, et Ade de Wauton, officiali episcopi ibidem presentibus, et in persona eorum ipsi episcopo, sub pena excommunicationis, quam extunc protulit in omnes contrarium facientes, ne pendente coram eo dicte appellationis negotio sive causa predictis priori et conventui, aut sibi adherentibus spiritualiter vel temporaliter extraordinarie quicquam gravaminis aut injurie idem episcopus inferret seu ab aliis per se vel per alios quoquomodo procuraret inferri, quominus causam suam libere valerent prosequi coram ipso. Actum in capitulo monasterii Sancti Augustini Bristollie xviii die Martii, anno a nativitate Domini m^occ^olxxxiii^o, indictione xj, presentibus magistris A. de Hales, R. de Lacy, W. de Sardinia, juris civilis professore, Ricardo de Gloucestrie, magistro Gydone de Gillebroke, Willelmo Selet de Coventria, et pluribus aliis clericis et laicis inibi congregatis.

[*Entry deleted in original.*]

[*Grant of the third part of the men of Hawley to the Prior and Brethren of St. John of Jerusalem.*]

PRO HOMINIBUS ET TENENTIBUS DE HALEWELEG.—Univer-
sis, etc., Frater Johannes, permissione divina Cantuariensis ecclesie minister humilis, totius Anglie primas, salutem in Auctore salutis. Cum inter viros religiosos, priorem et fratres Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem in Anglia, ex parte una, et nos, ex altera, super eo quod iidem prior et fratres asserebant se seisis ad habendum et tenendum visum franci plegii de hominibus et tenentibus de Haleweleg, unde tertiam partem clamant habere in feodo, suborta fuisset materia questionis et dissensus, nos, affectione, quam ad ipsos fratres et eorum ordinem gerimus ducti, ipsorum devotionem recommendantes in Domino, pro bono pacis pro nostro tempore concedimus quod predicti prior et fratres tertiam partem dictorum hominum seu tenentium de Haleweleg quietam habeant et solutam ab omnimoda impetitione nostri, vel alicujus ex parte nostra, super visu memorato. In quorum testimonium presentibus sigillum nostrum fecimus apponi. Datum apud Slyndon, non. Junii anno Domini m^occ^olxxxiii^o, ordinationis nostre quinto.

[*Letter to the Stewards, etc., of his manors. Regist. Epist. J. Peckham, ii, 564.*]

[Fos. 74-75 are blank.]

[Fo. 76.]

**LITTERE DIRECTE EPISCOPIS ET EPISCOPORUM
DIRECTE DOMINO.**

[*Letter to the Bishop of Hereford. Regist. Epist. J. Peckham, i, 269.*]

[*Letter to the Bishop of Salisbury. Ibid., i, 273.*]

[*Letter to the Dean of Salisbury. Ibid., i, 275.*]

[*Letter from the Bishop of Hereford. Ibid., i, 271.*]

[Fo. 76b.]

[*To the Bishop of Coventry and Lichfield, desiring him to reunite the church of Uttoxeter which he had divided, and to institute Hugh de Vicania, presented by Edmund, the King's brother.*]

DOMINO CONVENTRENSI ET LICHFELDensi EPISCOPO PRO ECCLESIA DE UTTEXH'.—Frater Johannes, etc., venerabili fratri domino Rogero, eadem gratia Conventrensi et Lichfeldensi episcopo, salutem et sinceram in Domino caritatem. Dum nuper in vestra diocese visitationis fungeremur officio, nobis perlato quod in ecclesia de Uttexh' vestre diocesis sectionem, post statuta que beneficiorum inhihent sectiones, feceratis, ipsam ecclesiam reintegrare et de ipsa tanquam vacante de jure potuimus providere, sed volentes vobis et magnifico viro domino Edmundo, fratri domini Anglie illustris regis, patrono ejusdem, deferre in hac parte, vobis mandavimus ut dictam ecclesiam reintegrare et personam idoneam, quam dictus patronus vobis duceret presentandam, vocatis vocandis secundum juris exigentiam ad eandem admittere deberetis; sed vos licet memoratus patronus vobis dominum Hugonem de Vicania personam idoneam ad eandem ecclesiam presentavit hujusmodi negotium hactenus plus debito tenuistis, ut dicitur, in suspenso in animarum subjectarum periculum et ipsius presentati dispendium non modicum et gravamen, volentes autem hujusmodi negotium debitum sortiri effectum, fraternitati vestre mandamus quatinus factum vestrum ad memoriam reducentes hujusmodi negotium infra tres menses a die receptionis presentium, vocatis vocandis, fine debito terminetis, alioquin citetis peremptorie omnes qui crediderint sua interesse ut a lapsu trium mensium predictorum in tres septimanis, si dies non fuerit feriata, alioquin proxima sequente die non feriata, compareant coram nobis ubicunque fuerimus in provincia Cantuarie, facturi et recepturi in hujusmodi

negotio quod justitia suadebit. De die vero receptionis presentium et quid inde feceritis, nos per litteras vestras patentes harum seriem continentes dictis die et loco certificetis. Datum Lamethe, non. Februarii, anno Domini m^occ^olxxx^o primo, consecrationis nostre anno tertio.

[Fo. 77.]

[*Letter to the Bishop of Salisbury. Regist. Epist. J. Peckham, i, 301.*]

[*Letter to the Bishop of Salisbury. Ibid., i, 302.*]

[Fo. 77b.]

[*Letter to the Bishop of Hereford. Ibid., i, 290.*]

[*Letter to the Bishop of London. Ibid., i, 299.*]

[Fo. 78.]

[*Letter to the Bishop of Exeter. Ibid., i, 304.*]

[*Letter to the Bishop of Exeter. Ibid., i, 311.*]

[*Letter to the Bishop of Worcester. Ibid., i, 314.*]

[*Letter to the Bishop of London. Ibid., i, 315.*]

[Fo. 78b.]

[*Letter to the Bishop of Coventry. Ibid., i, 316.*]

[*Letter to the Bishop of the province of Canterbury. Ibid., i, 324.*]

[*The Bishop of London to Peckham. Ibid., i, 297.*]

[Fo. 79.]

[*The Bishop of Bath and Wells to Peckham. Ibid., i, 325.*]

[*Letter to the Bishop of London. Ibid., i, 352.*]

[*Letter to the Bishop of Worcester. Ibid., i, 355.*]

[Fo. 79b.]

[*Letter to the Bishop of Chichester. Ibid., i, 359.*]

[*Letter to the Bishop of Llandaff. Ibid., i, 363.*]

[*Letter to the Bishop of Chichester. Ibid., i, 360.*]

[*Letter to the Bishop of London. Ibid., i, 366.*]

[*Letter to the Bishop of St. Asaph. Ibid., i, 367.*]

[Fo. 80.]

[*Letter to the Bishop of Exeter. Ibid., i, 378.*]

[*Letter to the Bishop of Lincoln. Ibid., i, 380.*]

[*Letter to the Bishop of Norwich. Ibid., i, 381.*]

[Fo. 80b.]

[*Letter to the Bishop of Rochester. Ibid., i, 387.*]

[*Letter to the Bishop of Bath. Ibid., i, 389.*]

[*Letter to the Bishop of Bath. Ibid., ii, 403.*]

[*Letter to the Bishop of Norwich. Ibid., ii, 404.*]

[Fo. 81.]

[*Letter to the Bishop of Exeter. Ibid., ii, 406.*]

[*Letter to the Bishop of London. Ibid., ii, 407.*]

[*Letter to the Bishop of Exeter. Ibid., ii, 407.*]

[*Letter to the Bishop of Exeter. Ibid., ii, 409.*]

[Fo. 81b.]

[*Letter to the Bishop of London. Ibid., ii, 410.*]

[*Letter to the Bishop of Coventry and Lichfield. Ibid., ii, 411.*]

[*Letter to the Bishop of St. Asaph. Ibid., ii, 422.*]

[Fo. 82.]

[*Letter to the Archbishop of York. Ibid., ii, 425.*]

[*Letter to the Bishop of Bath and Wells. Ibid., ii, 426.*]

[*Letter to the same. Ibid., ii, 426.*]

[*Letter to the Bishop of London. Ibid., ii, 434.*]

[*Letter to the Bishop of Coventry and Lichfield. Ibid., ii, 479.*]

[Fo. 82b.]

[*Letter to the Bishop of London. Ibid., ii, 486.*]

[Fo. 83.]

[*Letter to the Bishop of Bath. Ibid., ii, 490.*]

[*Letter to the Bishop of Worcester. Ibid., ii, 496.*]

[*Letter to the Bishop of Llandaff. Ibid., ii, 497.*]

[Fo. 83b.]

[*Letter to the Bishop of Leighlin. Ibid., ii, 499.*]

[*Letter to the Bishop-Elect of Hereford. Ibid., ii, 500.*]

[*Letter to the Bishop of London. Ibid., ii, 508.*]

[Fo. 84.]

[*Letter to the Bishop of Coventry and Lichfield. Ibid., ii, 514.*]

[*Letter to the Bishop-Elect of Hereford. Ibid., ii, 515.*]

[*Letter to the Bishop of Bath and Wells. Ibid., ii, 519.*]

[*Letter to the Bishop of Worcester. Ibid., ii, 527.*]

[*Letter to the Bishop of London. Ibid., ii, 530.*]

[Fo. 84b.]

[*Letter to the Bishop of Chichester. Ibid., ii, 531.*]

[*Letter to the Bishop of Hereford. Ibid., ii, 534.*]

[*Letter to the same. Ibid., ii, 535.*]

[*Letter to the Bishop of London. Ibid., ii, 536.*]

[Fo. 85.]

[*Letter to the Bishop of Bath and Wells. Ibid., ii, 548.*]

[*Letter to the Bishop of Worcester. Ibid., ii, 543.*]

[Fo. 85b.]

[*Letter to the Bishop of Lincoln. Ibid., ii, 552.*]

[*Letter to the Bishop of Chichester. Ibid., ii, 552.*]

[*Letter to the Bishop of Bath and Wells. Ibid., ii, 555.*]

[*Letter to the Bishop of Winchester. Ibid., ii, 557.*]

[Fo. 86.]

[*Letter to the Bishop of Lincoln. Ibid., ii, 565.*]

[*Letter to the Bishops of his province. Ibid., ii, 568.*]

[Fo. 86b.]

[*Letter to the Bishop of Norwich. Ibid., ii, 576.*]

[*Letter to the Bishop of Exeter. Ibid., ii, 583.*]

[*Letter to the Bishop of London. Ibid., ii, 592.*]

[*Letter to the Bishop of London. Ibid., ii, 594.*]

[Fo. 87.]

[*Letter to the Bishop of London. Ibid., ii, 595.*]

[*Letter to the Bishop of Chichester. Ibid., ii, 604.*]

[Fo. 87b.]

[*A notice of visitation has been sent to the Bishop-elect of Rochester.*]

DOMINO ELECTO ROFFENSI AD VISITANDUM IBIDEM.—
Memorandum quod iij kal. Septembris, apud Aldyngton, emanavit littera domino electo Roffensi, in forma qua scribitur supra episcopo Cicestrensi, ad visitandum dictam diocesim Roffensem, et incipiendum visitationem suam in ecclesia Roffensi primo die mensis Octobris, postea per reliqua loca in dicta diocesi procedendo prout fuerit opportunum.

[*Letter to the Bishop of Autun. Regist. Epist. J. Peckham, ii, 615.*]

[*A notice of visitation has been sent to the Bishop of Winchester.*]

AD VISITANDUM DIOCESIM WINTONIENSEM.—Kal. Octobris emanavit littera in forma communi, ad visitandum diocesim Wintoniensem, et est assignata dies ad intrandum ecclesiam et inchoandum visitationem, die tertia mensis Novembris in crastino Animarum.

[Fo. 88.]

[*Letter to the Bishop of Rochester. Regist. Epist. J. Peckham, ii, 621.*]

[*Letter to the Bishop of Rochester. Ibid., ii, 625.*]

[*Letter to the Bishop of Winchester. Ibid., ii, 640.*]

[*Letter to the Bishop of Worcester. Ibid., ii, 643.*]

[Fo. 88b.]

[*Letter to the Bishop of Bath and Wells. Ibid., ii, 665.*]

[*Bishop of London to Peckham. Ibid., ii, 669.*]

[Fo. 89.]

[*Letter to the Bishop of London. Ibid., ii, 672.*]

[*Letter to the Bishop of Coventry and Lichfield. Ibid., ii, 674.*]

[Fo. 89b.]

[*Letter to the Bishop of St. Asaph. Ibid., ii, 675.*]

[*Letter to the Bishop of London. Ibid., ii, 678.*]

[*Letter to the Bishop of Chichester. Ibid., ii, 690.*]

[Fo. 90.]

[*Letter to the Bishop of Winchester. Ibid., ii, 699.*][*Letter to the Bishop of Durham. Ibid., ii, 700.*][*Letter to the Bishop of Chichester. Ibid., ii, 702.*]

[Fo. 90b.]

[*Regarding visitation of the diocese of St. Asaph.*]

EPISCOPO ASSAVENSI.—Anno eodem apud Wengeham, xvii kal. Maij, emanavit littera domino episcopo Assavensi ad visitandum clerum et populum sue diocesis in crastino Sancti Barnabe Apostoli, et hoc in forma directa prius episcopo Cicestrensi.

[*Visitation of diocese of Bangor.*]

BANGORENSI.—Anno die et loco eisdem emanavit littera in consimili forma episcopo Bangorensi ad visitandum suam diocesim die Lune proxima post festum nativitatis Beati Johannis Baptiste.

[*Visitation of diocese of St. Davids.*]

MENEVENSI.—Anno die et loco eisdem emanavit littera in consimili forma episcopo Menevensi ad crastinum translationis Beati Thome Martyris.

[*Visitation of diocese of Llandaff.*]

LANDAVENSI.—Anno die et loco eisdem emanavit littera in consimili forma episcopo Landavensi ad crastinum Sancti Jacobi Apostoli.

[*Repeated notice to the Bishop of St. Asaph.*]

EPISCOPO ASSAVENSI UT PRIUS.—Anno eodem apud Otteford, viij idus Maii, emanavit littera domino episcopo Assavensi sub hoc forma. Frater Johannes, etc., nuper vobis nostras direximus litteras de visitatione nostra in vestra diocese facienda, que si forte ad manus vestras non pervenerint, earundem tenorem per magistrum Anianum, clericum et canonicum vestrum, vobis mittimus iterato. Frater, etc., ut supra de verbo ad verbum prius sibi directa, in forma domino Cicestrensi, demandata et tradita fuit magistro Aniano clerico et canonico episcopi supradicti.

[*Letter to the Bishop of Rochester. Regist. Epist. J. Peckham, ii, 720.*][*Letter to the Bishop of Coventry and Lichfield. Ibid., ii, 721.*]

[Fo. 91.]

[*Letter to the Bishop of Worcester. Ibid., ii, 722.*][*Letter to the Bishop of Lincoln. Ibid., ii, 728.*][*Letter to the Bishop of St. Asaph. Ibid., ii, 729.*]

[Fo. 91b.]

[*Letter to the Bishop of Bangor. Ibid., iii, 775.*][*Letter to the Bishop of Llandaff. Ibid., iii, 778.*][*Letter to the Bishop of Bangor. Ibid., iii, 782.*][*Notice of the consecration of the Bishop-elect of Salisbury.*]

PRO CONSECRATIONE ELECTI SARUM.—Die Veneris proxima post festum Sancti Laurentii apud Alcestriam emanavit citatio episcoporum pro consecratione electi Sarum, in forma communi, anno ordinationis nostre sexto.

[Fo. 92.]

[*Letter to the Bishop of Bangor. Regist. Epist. J. Peckham, iii, 780.*][*Letter to the Bishop of Bangor and Master Ainian, Canon of St. Asaph's. Ibid., iii, 781.*][*The Bishop of St. Davids to Peckham. Ibid., iii, 779.*][*Letter to the Bishop of Lincoln. Ibid., iii, 788.*]

[Fo. 92b.]

[*Revocation of the Absolution of Richard de Bella Fage. Ibid., iii, 793.*][*Letter to the Bishop of Exeter. Ibid., iii, 790.*][*Letter to the Bishop of Winchester. Ibid., iii, 806.*]

[Fo. 93.]

[*Letter to the Bishop of St. Asaph. Ibid., iii, 831.*][*Letter to the Bishop of Salisbury. Ibid., iii, 835.*][*Letter to the Bishop of Winchester. Ibid., iii, 837.*][*Letter to the Bishop of Lincoln. Ibid., iii, 857.*]

[Fo. 93b.]

[*Letter to the Bishop of Lincoln. Ibid., iii, 858.*]

[Fo. 94.]

LITTERE DIRECTE DOMINO REGI.Anno Domini M^oCC^oLXXIX^o, consecrationis primo mense Julii.[*Letter to the Justices. Regist. Epist. J. Peckham, i, 11.*][*Littera captionis against Richard ab Itenard.*]

CAPTIO.—III^{to} Idus Augusti emanavit littera captionis domino Regi in forma consueta contra Ricardum ab Itenard, capellanum Menevensis diocesis, ad testimonium decani de Arcubus cujus littere remanent penes nos.

[*Littera captionis against John Hardel.*]

CAPTIO.—XIII^o Kal. Septembris emanavit captio contra Johannem Hardel ad testimonium litterarum officialis Cantuariensis que remanent penes nos.

[*Letter to Edward I. Regist. Epist. J. Peckham, i, 72.*]

[*Summons to the Archbishop to appear at Chichester to warrant N. Malemeis and his wife for land in Aldwick claimed by R. Dundemel.*]

G. de Cancell' vicecomes Sussexie, ballivo libertatis archiepiscopi Cantuariensis salutem. Mando vobis quod summonetis Johannem, archiepiscopum Cantuariensem, quod sit coram justiciariis, etc., apud Cycestriam die Jovis in vigilia Sancti Michaelis, ad warantizandum Nicholao Malmeis et P. uxori ejus unum mesuagium et duas virgatas terre cum pertinentiis in Aldewic, que Robertus Dundemel' petiit versus ipsos, etc.

[*Littera captionis against Traier and others.*]

Memorandum quod idus Decembris emanavit littera captionis domino Herfordensi et Essexie comiti contra Traierum filium Madoci, Howellum ab Traher, Sampsonem ab Yorword, Reginaldum ab Yorword, et quosdam alios usque ad viij^{to}, Menevensis diocesis, ad testimonium officialis Cantuariensis cujus littere remanent penes nos.

[*Littera captionis against William de Welnetham.*]

Memorandum quod vij idus Januarii, apud Donemawe, emanavit littera captionis contra Willelmum de Welnetham, clericum, ad testimonium officialis nostri Cantuariensis.

[*Letter to Edward I. Vide Regist. Epist. J. Peckham, i, 132.*]¹

[Fo. 94b.]

[*Letter to Llewellyn Prince of Wales. Ibid., i, 135.*]

[*Letter to Edward I. Ibid., i, 153.*]

[*Letter to Edward I. Ibid., i, 153.*]

[Fo. 95.]

[*Letter to Edward I. Ibid., i, 178.*]

[*Letter to Edward I. Ibid., i, 180.*]

[*Letter to Edward I. Ibid., i, 181.*]

[Fo. 95b.]

[*Letter to Edward I. Ibid., i, 184.*]

[*Letter to Edward I. Ibid., i, 196.*]

[*Letter to Edward I. Ibid., i, 197.*]

[Fo. 96.]

[*Letter to Edward I. Ibid., i, 199.*]

[*Licence to the Bishop of Kildare to hold an ordination in the diocese of Winchester.*]

DARENSI EPISCOPI.—Darensi episcopo ad celebrandum

¹ There is writing at the foot of the page which has been erased.

ordines, et alia episcopalia exercenda in episcopatu Wintoniensi, sede vacante, quatinus et quomodo per officialem nostrum fueritis requisiti, vobis committimus vices nostras, idem omnibus quorum interest tenore presentium intimantes. Valet. Datum apud Mottesfunte iij kal. Januarii.

[*Attestation as to the payment of part of a bequest of 500 marks to the Friars Preachers of Germany.*]

Universis, etc. Noverit universitas vestra quod in presentia nostra constituti frater Robertus Anglicus et frater Guillelmus de Sundis, fratres de ordine predicatorum de provincia Theuton' per magistrum ejusdem ordinis, priorem provincialem ac fratres provincie ejusdem procuratores constituti, recognoverunt et sponte confessi sunt in trescentis marcis sterlingorum de quingentis marcis in testamento felicitis recordacionis domini R. quondam Regis Allemanorum, fratribus ejusdem ordinis relictis *trescentis marcis recepisse* [*last three words crossed out*], suis esse necessitatibus satisfactionem, ac ipsos fratres de premissis sufficienter et bene se reputare pacatos ad quorum petitionem presentes litteras hujus rei testimoniales eisdem concessimus nostro sigillo munitas. Datum apud Poterne ij non. anno lxxxj consecrationis nostre tertio.

[*Name of month omitted in original.*]

[*Letter to the Archdeacon of Derby. Regist. Epist. J. Peckham, i, 203.*]

[*Letter to the Bishop of Coventry and Lichfield. Ibid., i, 205.*]

[Fo. 96b.]

Anno consecrationis domini tertio.

[*Littera captionis against Simon le Neve.*]

LITTERE CAPTIONIS CONTRA SIMONEM LE NEVE WINTONIENSIS DIOCOESIS.—Anno gratia m^occ^o octogesimo primo, et consecrationis domini tertio, vii idus Julii, emanavit littera captionis in forma consueta apud Slyndon', ad instantiam Maynardi Rogeri Mercatoris, contra Simonem le Neve, Wintoniensis diocesis, ad testimonium magistri Ade de Hales, custodis spiritualitatis Wintoniensis, sede vacante, cujus littere remanent penes dominum.

[*Letter to the Bishop of Bath. Regist. Epist. J. Peckham, i, 209.*]

[*Littera captionis against the Abbot of Combermere.*]

LITTERE CAPTIONIS CONTRA ABBATEM DE COMBERMARE, ETC.—Anno et loco eisdem vj kal. Augusti, emanavit littera captionis contra Abbatem de Combermare, fratrem Willelmum de

Wroycestria, fratrem Robertum Bolt, fratrem Everard, fratrem Hugonem de Campedene, fratrem Andream, fratrem Rogerum Font, commonachos ejusdem abbatis, et Robertum de Wraty, laicum.

[*Littera captionis against some Welshmen.*]

MENSE AUGUSTI LITTERE CAPTIONIS CONTRA WALENSES.—Anno et loco eisdem kal. Augusti emanavit littera captionis in forma consueta, ad instantiam executorum testamenti magistri Egidii de Avenebyria, quondam rectoris ecclesie de Merthyr, contra Traherum filium Madoch', Howelum ab Traher, Sampsonem ab Yoward, Reginaldum ab Youarth, Eynonum ab Youarth, Yowanum ab Walter, Willelmum ab Boghel, vicarium de la Wennoke, David vicarium de la Lowel, David de Gryffit, vicarium de Spemederm, Johannem vicarium, Philippum ab Wen, vicarium, et magistrum Ricardum, vicarium, rectorem ecclesie de Carprengy, Menevensis diocesis, ad testimonium P. de Sancto Mario, officialis curie Cantuariensis, cujus littere remanent penes dominum.

[*Littera captionis against Robert Beaupel and others.*]

LITTERE CAPTIONIS CONTRA ROBERTUM BEAUPEL ET ALIOS EXONIENSIS DIOCESIS.—Anno eodem apud Suthmalling, in vigilia Assumptionis Beate Virginis, emanavit littera captionis in forma consueta, ad instantiam domini Reginaldi dicti le Arceveske, contra dominum Robertum Beaupel, militem, David de Forshulle, Henricum Baryl, Willelmum Baghel, et Benedictum de la Pylle, laicos, Exoniensis diocesis, ad testimonium Magistri P. de Sancto Mario, officialis Cantuariensis, cujus littere remanent penes dominum.

[*Letter to Edward I. Regist. Epist. J. Peckham, i, 239.*]

[*Littera captionis against Warin de Marcell'.*]

CONTRA WARINUM DE MARCELL'.—Memorandum quod iii kal. Decembris consecrationis nostre tertio, apud ecclesiam Christi in diocese Wintoniensi, emanavit captio contra Warinum de Marcell', militem, per litteras testimoniales decani de Arcubus.

[Fo. 97.]

[*Letter to Edward I. Regist. Epist. J. Peckham, i, 239.*]

[Fo. 97b.]

[*Letter to Edward I. Ibid., i, 249.*]

[*Letter to Edward I. Ibid., i, 257.*]

[Fo. 98.]

[*Littera captionis against Reginald de Schaunton.*]

LITTERA CAPTIONIS CONTRA REGINALDUM DE SCHAUNTON COVENTRENSIS DIOCESIS.—Anno eodem apud Suthmallinge, die Mercurii proxima post festum Sancti Hilarii, emanavit littera captionis in forma consueta, contra Reginaldum de Scaunton, Coventrensis et Lichfeldensis diocesis, ad instantiam Margarete de Honnihulle, ad testimonium officialis domini Coventrensis et Lichfeldensis, cujus littere remanent penes dominum in custodia domini.

[*Letter to the Sheriff of Warwick. Regist. Epist. J. Peckham, i, 285.*]

[*Letter to Edward I. Ibid., i, 286.*]

[*Licence to T. de Weyland and other justices to hold an assize.*]

JUSTICIARIIS DOMINI REGIS PRO PRIORE ET CONVENTU DE HUNTINGDON.—Frater Johannes, permissione divina, etc., nobili viro domino Thome de Weyland, et sociis ejus justiciariis domini Regis de banco, salutem, gratiam, et benedictionem. Cum religiosi viri, prior et conventus canonicorum Huntingdonie, arainiaverint assisam ultime presentationis in curia domini Regis super ecclesia de Sutho, ac eisdem religiosis, ut asserunt, magnum imineret periculum, si hujusmodi assisam usque post quadragesimam contingeret prorogari, tenore presentium plenam et liberam vobis concedimus facultatem ut, non obstante hujusmodi quinquagesimali vel quadragesimali tempore, dictam assisam, Deum habentes pre oculis, recipere valeatis. In cujus rei testimonium presentibus litteris sigillum nostrum est appensum. Valete. Datum apud Mortelake, vi idus Februarii, anno Domini m^occ^o octogesimo primo.

[*This letter is crossed out. In the right hand margin is written :—“Iste non exierunt” ; and in the left hand : “Vacat quia non emanavit sed fuit revocata.”*]

[*In a later hand :—“Littera justiciariis quomodo quis erat absolutus per archiepiscopum de administratione testamenti vult igitur dominus archiepiscopus quod non vexetur coram justiciariis.”*]

[*To J. de Vallibus and W. de Saham, justices, in favour of John Athelwold.*]

PRO JOHANNE DICTO ATHELWOLD NORWICENSIS DIOCESIS.—Frater Johannes, etc., dilectis sibi in Christo dominis J. de Vallibus, et W. de Saham, ac ceteris domini Regis justiciariis, et ministris fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, salutem,

gratiam, et benedictionem. Noveritis quod Johannes dictus Athelwold, executor quondam testamenti Roberti Toly de Northcreyke, vocatus coram nobis, dum in diocesi Norwicensi visitationis fungebamur officio, ad reddendum comptum de bonis dicti defuncti, que ad ipsum executorem pervenerant, tandem ab onere executionis hujusmodi et ulteriori administratione in forma ecclesiastica per nos servato juris ordine quietus recessit, et per sententiam definitivam totaliter absolutus; quod vobis tenore presentium significare duximus, ne ipsum Johannem ratione dicti testamenti permittatis, quantum in vobis fuerit, ab aliquo indebite fatigari. Valet. Datum apud Mortelake vi idus Februarii, anno ut supra.

[Fo. 98b.]

[*Letter to Edward I. Regist. Epist. J. Peckham, i, 287.*]

[*Letter to the same. Ibid., i, 291.*]

[Fo. 99.]

[*Littera captionis against Gilbert Bokelere and Rose his wife.*]

LITTERA CAPTIONIS CONTRA GILEBERTUM BOKELER ET UXOREM EJUS.—Anno eodem, apud Mortelake, vj idus Februarii, emanavit littera captionis in forma consueta, ad instantiam magistri Thome de Sechefeld, contra Gilebertum Bokelere, et Roysam uxorem ejus, Londoniarum, ad testimonium magistri P. de Sancto Mario, officialis Cantuariensis, cujus littere remanent penes nos.

[*Littera captionis against Gilbert and Rose.*]

Item xiiij kal. Decembris apud Terne emanavit alia littera captionis contra dictos Gilebertum et Roysam ad instantiam dicti magistri Thome, quia absolvebantur ad prosecutionem cause sue, et quia, ea terminata, non satisfecerunt ecclesie, neque leso fuerunt retrusi in dicta sententia excommunicationis.

[*Littera captionis against William Danvers.*]

LITTERA CAPTIONIS CONTRA WILLELMUM DANVERS WINTONIENSIS DIOCESIS.—Anno eodem apud Floukeston viij^o kal. Martii emanavit littera captionis in forma consueta, ad instantiam Rogeri de la Knolle, contra Willelmum Danvers, Wintoniensis diocesis, ad testimonium magistri Ade de Hale, officialis Wintoniensis, sede vacante, cujus littere remanent penes nos.

[*Letter to Edward I. Regist. Epist. J. Peckham, i, 323.*]

[*Littera captionis against William Godenhale.*]

LITTERA CAPTIONIS CONTRA WILLELMUM GODENHALE PRESBITERUM.—Memorandum quod xv kal. Maii, apud Mortelake

anno Domini m^occ^o octogesimo secundo, consecrationis domini quarto, emanavit littera captionis in forma consueta contra Willelmum Godenhale, presbiterum, ad testimonium decani de Hertismere, cujus littere remanent penes nos.

[*Littera captionis against Ralph de Tangmere.*]

CAPTIO CONTRA RADULPHUM DE TANGMERE CICESTRENSIS DIOCESIS.—Memorandum quod ix^o kal. Maii, apud Mortelake, anno Domini m^occ^o octogesimo secundo, consecrationis domini quarto, emanavit littera captionis contra Radulphum de Tangmere, Cycestrensis diocesis, ad instanciam Johanne de la Pundfolde, ad testimonium decani de Pageham, cujus littere remanent penes nos.

[*Littera captionis against Richard de Denham.*]

CAPTIO CONTRA RICARDUM DE DENHAM NORWICENSIS DIOCESIS.—Anno Domini m^occ^o octogesimo secundo, consecrationis domini quarto, apud Mortelake, emanavit captio in forma consueta contra Ricardum de Denham ad instantiam Roysie filie Willelmi de Chukelyh', Norwicensis diocesis, ad testimonium officialis domini archidiaconi Suffolkie, cujus littere remanent penes nos.

[*Littera captionis against Ralph Turgis.*]

ITEM CAPTIO CONTRA RADULPHUM TURGIS DE FARNHAM WINTONIENSIS DIOCESIS.—Item memorandum quod quinto kal. Maii, apud Mortelake, anno Domini m^occ^o lxxx^o secundo, emanavit littera captionis in forma consueta contra Radulphum Turgis de Farnham, ad certificarium domini officialis curie Cantuariensis quod remanet penes nos.

[Fo. 99b.]

[*Letter to Edward I. Regist. Epist. J. Peckham, i, 348.*]

[*Letter to the same. Ibid., i, 350.*]

[*Letter to the same. Ibid., i, 353.*]

[*Letter to the Collectors of the Subsidy. Ibid., i, 359.*]

[*Letter to his Treasurer. Ibid., i, 360.*]

[*Letter to Edward I. Ibid., i, 361.*]

[*Littera captionis against William Bloyhou and others.*]

CAPTIO CONTRA WILLELMUM BLOYHOU, WILLELMUM DE LA STURTE, LUCAM DE LA YALLEDONE, ROBERTUM FILIUM WALTERI LONGI, GALFRIDUM MARMISSET.—Memorandum quod vij^o kal. Julii, anno Domini m^occ^o octogesimo secundo, et consecrationis domini quarto, apud Terringes, emanavit littera captionis in

forma consueta contra Willelmum Bloyhou, Willelmum de la Sturte, Lucam de la Yalledone, Robertum filium Walteri Longi, et Galfridum Marmiset, Exoniensis diocesis, ad instantiam domini Reginaldi le Arcebek, rectoris ecclesie de Pundestoke, ad certificatorium decani de Arcubus Londoniarum.

[Fo. 100.]

[*Letter to Edward I. Regist. Epist. J. Peckham, i, 375.*]

[*Littera captionis against Richard de Acton and his wife.*]

CAPTIO CONTRA RICARDUM DE ACTON ET BEATRICIAM UXOREM EJUS.—Memorandum quod anno Domini m^occ^o octogesimo secundo, consecrationis domini anno quarto, vj id. Julii, apud Suthmalling, emanavit littera captionis in forma consueta contra Ricardum de Acton et Beatriciam uxorem ejus, ad instantiam domini Ade de Chetwynde, ad certificatorium officialis domini Bathoniensis et Wellensis, commissarii domini.

[*Letter to Edward I. Regist. Epist. J. Peckham, i, 388.*]

[*Littera captionis against Roger de Wellington.*]

CAPTIO CONTRA ROGERUM DE WELLINGTON'.—Memorandum quod anno Domini m^occ^o octogesimo secundo, apud Wengeham, ij non. Augusti, emanavit littera captionis in forma consueta contra Rogerum de Wellington', unum de excommunicatis in littera certificatoria contentis, ad certificatorium J. de Fereby, officialis Norvicensis episcopi.

[*Note of a letter to the King regarding the liberation of Richard de Braunford.*]

v Kal. Septembris dominus scripsit iterato domino Regi pro liberatione Ricardi de Braunford et R. filii sui in forma qua prius.

[*Peckham to Edward I. Regist. Epist. J. Peckham, ii, 412.*]

[*Littera captionis against John de Pundeford.*]

CAPTIO CONTRA JOHANNEM DE PENDEFORD.—Memorandum quod vij id. Januarii, apud Sugwas juxta Hereford, anno Domini millesimo ducentesimo lxxxij^o, consecrationis domini iiij^o, emanavit littera captionis contra Johannem de Pundeford, laicum, in forma consueta.

[Fo. 100b.]

[*Letter to Edward I. Regist. Epist. J. Peckham, ii, 432.*]

[*Letter to the same. Ibid., ii, 489.*]

[*Letter to the same. Ibid., ii, 498.*]

[Fo. 101.]

[Letter to the same. *Ibid.*, ii, 523.][*Littera captionis against Augustine, formerly vicar of Wymering.*]

CAPTIO CONTRA AUGUSTINUM QUONDAM VICARIUM ECCLESIE DE WYMERINGE.—Memorandum quod ii kal. Aprilis, apud Mortelake, emanavit captio in forma consueta contra Augustinum, presbiterum, quondam vicarium ecclesie de Wymeringe, ad instantiam Ricardi le Cupere et Johannis, dicti le Sokyere, de Wymeringe.

[Letter to Edward I. *Regist. Epist. J. Peckham*, ii, 524.][Letter to the same. *Ibid.*, ii, 538.]

[Fo. 101b.]

Littere domini Regis directe domino in Concilio Lamensi (*sic*) et aliis episcopis et prelati. [*Regist. Epist. J. Peckham*, i, 235 and 236.]

Pro clericis Regis. [*Edward I to Peckham. Ibid.*, i, 252.][*Edward I to Convocation. Ibid.*, ii, 501.]

Domino Regi. Pro Sancto Oswaldo Gloucestrensi. [*Peckham to Edward I. Ibid.*, ii, 547.]

[Fo. 102.]

FACTA DIVERSA.

Articuli Episcoporum contra dominum et postea alia facta diversa.

[*The complaints of the Bishops. Regist. Epist. J. Peckham*, i, 328.]

[Fo. 102b.]

[*Peckham's reply to the same. Ibid.*, i, 332.]

[Fo. 103.]

[*Benediction of Elena de Percy as Abbess of Wherwell.*]

NOTA DE BENEDICIONE ABBATISSE DE WHEREWELL.—Anno gratie m^occ^o octogesimo primo, consecrationis domini tertio, benedixit dominus archiepiscopus Elenam de Percy, electam in abbatissam de Wherewell, in capella domini episcopi Sarrisburiensis, dominica prima quadragesime.¹

[*Henry de Brandeston is appointed co-adjutor to the Bishop of Salisbury.*]

Anno et loco eisdem, die Lune in crastino ejusdem dominice, dedit dominus archiepiscopus coadjutorem magistrum Henricum de Brandeston domino Roberto Sarrisburiensi episcopo, et inde habet litteras ut patet in registro.

¹ Marginal note in a later hand:—"Ecce quomodo benedicit abbatissam visitatione sua ex prerogatu."

[*Roger de Rothwell surrenders the seal of the deanery of Arches.*]

Anno eodem, apud Mortelake, vij idus Maii, restituit magister Rogerus de Rothwell sigillum decanatus de Arcubus Londoniarum domino archiepiscopo.

[*The same is delivered to Andrew de Kylkenny.*]

Anno et loco eisdem, vj idus Maii, tradidit dominus idem sigillum magistro Andree de Kylkenny usque ad tempus.

[*Concerning the account of the executors of Walter, late Bishop of Rochester.*]

COMPOTUM EXECUTORUM WALTERI QUONDAM ROFFENSIS EPISCOPI.—Reverendo in Christo patri domino Johanni, Dei gratia Cantuariensi archiepiscopo, totius Anglie primati, devotissimi sui frater J. gardianus fratrum minorum Londoniarum, G., thesaurarius ecclesie Cycestrensis, R., cancellarius Sancti Pauli Londoniarum, et B. de Lardario, obedienciam, reverenciam, et honorem. Mandatum vestrum recepimus sub tenore qui sequitur: Frater Johannes, permissione divina Cantuariensis ecclesie minister humilis, totius Anglie primas, dilectis in Christo filiis, gardiano fratrum minorum Londoniarum, et magistro Gilberto de Sancto Leoffardo, ecclesie Cycestrensis thesaurario, R., cancellario ecclesie Sancti Pauli Londoniarum, Bartholomeo de Lardario, salutem, gratiam, et benedictionem. De vestra prudencia confidentes ad audiendum compotum administrationis executorum testamenti bone memorie domini Walteri de Mertone, quondam Roffensis episcopi, vobis committimus vices nostras, ita tamen quod quicquid dissensionis vel dubium fuerit inter executores, et personas alias quascumque quos negotium contingit, audiatis et terminetis finali liberatione et absolutione eorundem executorum nobis reservata; tenore etiam presentium vobis mandamus quatinus, citra festum Penthecostes, sine juris injuria, premissa compleatis, facientes quod statueritis per censuram ecclesiasticam observari. Nobis etiam quod feceritis in premissis citra festum Sancte Trinitatis per litteras vestras harum seriem continentes referatis. Quod si non omnes hiis exequantur interesse nequiveritis (*sic*), tres vel duo vestrum, aliorum absentia non obstante, nec excusatione expectata, premissa ratione prima exequantur. Datum apud Lambhuth, x^o kal. Maii, anno gratie m^occ^o octogesimo secundo, consecrationis nostre anno tertio. Cujus auctoritate mandati convenientibus coram nobis Londoniis personaliter dictis executoribus, in presentia magistri Petri de Abbinonia, custodis domus scolarium de Mertone, compotum administrationis sue dicti testamenti audivimus prout in memorando quod sequitur plenius continetur.

Memorandum quod coram nobis, fratre Johanne, gardiano fratrum minorum Londoniarum, Gilberto, thesaurario ecclesie Cycestrensis, Radulpho, cancellario ecclesie Sancti Pauli Londoniarum, et Bartholomeo de Lardario, ad audiendum et expediendum computum executorum testamenti bone memorie domini Walteri, quondam Roffensis episcopi, a venerabili patre domino Johanne, Dei gratia Cantuariense archiepiscopo, totius Anglie primate, secundum forma commissionis nostre specialiter deputatis, die Mercurii proxima post festum Sancti Johannis ante portam Latinam, cum continuatione et prorogatione dierum a die Veneris dictum festum proxima precedente, anno Domini m^occ^o octogesimo secundo, in capella dicti cancellarii Londoniensis comparuerunt personaliter magister Willelmus de Ewelle, canonicus Sancti Pauli Londoniarum, Johannes de Merstune, Johannes de Catheleyne, Ranulphus, perpetuus vicarius de Grenewz, et Radulphus de Ripplingeham, clericus, et Willelmus Dudekin, laicus, executores testamenti predicti, et computum administrationis sue dicti testamenti, scilicet, de inventis omnibus et singulis in bonis testatoris predicti, tam in provincia Cantuariensi quam Eboracensi, nec non et funeris impensis debitis creditoribus, sumptibus necessariis circa executionem dicti testamenti factis, legatis et fidei commissis in eodem testamento relictis, presente personaliter magistro Petro de Abbindon, custode domus scholarium de Mertone, Oxonie, plenarie reddiderunt, quibus plenius visis et diligenter examinatis, auditis etiam et intellectis que dictus magister Petrus proponere voluit funeris impensas debitas creditoribus, sumptus necessarios circa executionem dicti testamenti factos, a die obitus dicti testatoris usque pridie nonas Maii anno Domini supradicto, legata et fidei commissa in testamento relicta, prout hec omnia in rotulis originalibus dicti compoti in thesauraria Sancti Pauli Londoniarum, remanentibus copia eorundem, tam a parte dictorum magistri Petri quam executorum prius obtenta plenius continentur, decrevimus allocanda ac omni effectu deberi. De quibus quum fuerit plenarie satisfactum, remanebunt adhuc in bonis defuncti Dcccc lxxv li. ijs. jd. q^a. de quibus iidem executores respondere tenentur. Que pecunie summa et alia bona non nulla ad dictum defunctum spectantia, ut iidem asserunt executores, non apud eos [Fo. 103b.] sed in nominibus tam in provincia Cantuariensi quam Eboracensi existentia, adhuc restant levanda. Ad hec sciendum quod de predictis debitis expensis et legatis, que, ut premissum est, cum effectu deberi et allocari decrevimus tempore compoti predicti, non erat plenarie satisfactum, quia nondum ad

manus dictorum executorum, ut asserebant, de bonis dicti defuncti tantum pervenerat unde ad plenum satisfacere potuerunt.

[*Ordination at Chichester.*]

ORDINES.

Memorandum quod in vigilia Sancte Trinitatis, videlicet, x^o kal. Junii anno Domini m^occ^o octogesimo secundo, consecrationis domini quarto, celebravit dominus archiepiscopus ordines in ecclesia fratrum minorum Cycestrie, facta prius examinatione ordinandorum per magistrum Robertum de Lacy et dominum Petrum de Guldeford; nomina autem ordinatorum sunt hec.

PRESBITERI.

Johannes Torel de Merewe, ad titulum patrimonii sui, Wyntoniensis diocesis.

Robertus de Dovoriam, ad titulum Johannis de Dovoriam, qui dedit, et per cartam suam concessit, dicto Roberto dum vixerit, sex summas ordeis et tres summas [*blank*] annuatim percipiendas.

Willelmus de Peteresfeud, ad titulum rectoris ecclesie de Warblington, Wyntoniensis diocesis.

Magister Robertus de Sperham, rector ecclesie de Phileby, Norwicensis diocesis, et habuit dimissorias.

Magister Philippus de Tranfeld, rector ecclesie de Burwarmsche.

Bartholomeus de Brudeport, vicarius de Wyscheburne, Wyntoniensis diocesis.

Magister Rogerus de Rothwelle, rector ecclesie de Merstham.

Nicholaus, rector ecclesie de Abbingewrthe, Wyntoniensis diocesis.

Ricardus de Otringdene, ad titulum abbatisse et monialium de Dauinctone.

Frater Alanus de Audeburiam, monachus de Waverlyh, Cysterciensis ordinis.

Johannes de Cliva.

Robertus de Tangmere.

Johannes de Wadhurst.

} ad presentationem decani de Malling.

Magister Philippus de Guldeford, rector ecclesie de Morstede, Wyntoniensis diocesis.

Magister Willelmus de Wykham, rector ecclesie de Ennestan, Lincolniensis diocesis, et habuit dimissorias.

Johannes, rector ecclesie de Lamethe, et est infra annum ut dicit.

Frater Johannes de Wynton, canonicus de Tichefeud, ordinis Sancti Augustini.

Willelmus de Ystholte, ad presentationem abbatisse de Wyntonia, et habemus transcriptum penes nos sub manu puppica.

Johannes de Bekles, et remanet in custodia magistri Roberti de Lacy.

Edmundus le Blund, vicarius de Portesya, Wyntoniensis diocesis.

Frater David de Rumeseya.

Frater Johannes de Bedewynde.

Frater Johannes de Portesye.

Frater Johannes de Ravenestone.

Frater Johannes de Leyebroke.

Frater Radulphus de Creydone.

Frater Johannes de Calne.

Frater Willelmus de Dale.

} De ordine minorum.

DIACONI.

Gregorius de Suthelmham, ad titulum rectoris ecclesie de Maydenestone, Norwicensis diocesis.

Galfridus de Churlewude, ad titulum patrimonii sui, Wyntoniensis diocesis. Habuit litteras dimissorias.

Willelmus de Toringtone, ad titulum patrimonii sui.

Willelmus Parys de Havunt, ad titulum patrimonii sui, Wyntoniensis diocesis.

Walterus de Bampton. rector ecclesie Sancti Jacobi, Dovorie, Cantuariensis diocesis.

[Fo. 104.]

Frater Robertus de Hamptone, canonicus de Suwyke, ordinis Sancti Augustini.

Frater Willelmus de Odiham.

Frater Walterus de Westmonasterio. } monachi de Waverlyh.

Ricardus de Slyndone, ad titulum patrimonii sui.

Ricardus de Hou, rector ecclesie de Sturmwe, Cantuariensis diocesis.

Magister Mattheus, rector ecclesie Sancte Marie Magdalene, Cantuarie.

Thomas de Ringmere.

Simon Faber.

Humfredus de Stanmere.

} ad presentationem decani de Mal-
ling.

Frater Johannes de Pedertone, canonicus	}	Premonstratensis
de Tichefeud.		
Frater Robertus de Toteford, canonicus de	}	ordinis.
Tichefeud.		
Frater Johannes de Kyngesdune.	}	De ordine minorum.
Frater Willelmus Kerebrec.		

SUBDIACONI.

Frater Thomas de Ichene, canonicus de Suwyk, ordinis Sancti Augustini.

Radulphus de Westlyh, rector ecclesie de Paternostercherche.

Johannes de Cliva, ad presentationem decani de Suthmalling.

Frater Walterus de Sancto Michaele, de ordine minorum.

ACOLITI.

Willelmus de la Hasele.

Petrus de Havunte, Wyntoniensis diocesis.

Willelmus de Sandhurst, natus in diocese Sarisburiensi sed per xx annos conversatus in diocese Wyntoniense.

Johannes Hachard de la Palente.

Ricardus de Westbroke.

Willelmus de Bartone.

Willelmus de Havonte.

Johannes de Chudingefaude.

Memorandum quod omnes littere dimissorie remanent in custodia domini Petri de Gudford.

[*Benediction of Robert de Popham as Abbot of Hyde.*]

NOTA. BENEDICTIO ABBATIS DE HYDA.—Anno eodem, apud Slydone, die Sancti Barnabe apostoli, benedixit dominus fratrem Robertum de Popham, electum in abbatem de la Hyda, Wyntonie, in capella curie sue, et predicavit et fecit professionem suam.

[Fo. 104b.]

[*Certificate of the ordination of William de Holaym.*]

ORDINES WILLELMI DE HOLAYM.—Universis ad quos presentes littere pervenerint, frater Johannes, permissione divina Cantuariensis archiepiscopus, totius Anglie primas, salutem eternam in Domino. Noverit universitas vestra, quod nos, die Sabbathi quatuor temporum proxima ante festum nativitatis Domini, anno ejusdem m^occ^o octogesimo, in ecclesia parochiali de Eylesham, Norwycensis diocesis, ordines celebrantes, dilectum

filium Willelmum de Holaym, clericum et familiarem nostrum, litteras dimissorias a venerabili patre domino Willelmo, Dei gratia Eboracensi archiepiscopo, ut a quocunque episcopo volente sibi manus imponere ad acolitatus, subdiaconatus, diaconatus, et presbiteratus ordines, valeret statutis in ecclesia Dei temporibus licite promoveri habentem, ad acolitatus, et die Sabbathi quatuor temporum proxima post diem cinerum, anno supradicto, in ecclesia fratrum predicatorum de Suburia, dicte diocesis, ad titulum ecclesie de Dale, nostre Cantuariensis diocesis, quam sibi caritatis intuitu contulimus ad subdiaconatus, ac die Sabbathi quatuor temporum proxima post festum Pentecoste, anno Domini m^occ^o octogesimo primo, in ecclesia conventuali monachorum de Farlegh, Bathoniensis et Wellensis diocesis, ad diaconatus, et die Sabbathi quatuor temporum proxima ante festum nativitatis Domini, anno ejusdem m^occ^o octogesimo secundo, in ecclesia parochiali beate Marie de Kyngeston, Wyntoniensis diocesis, ad presbiteratus ordines duximus promovendum. In cujus rei testimonium presentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum. Datum apud Suthmallynge nonas Julii, anno Domini m^occ^o octogesimo secundo.

Littera de divisione ecclesie de Wyngemham in iiij^{or} parochiis. [*Regist. Epist. J. Peckham, ii, 395.*]

Confirmatio capituli Cantuariensis super eadem. [*Ibid., ii, 397.*]

[Fo. 105.]

[*The chapel of Patching is separated from Tarring.*]

LITTERA DIVISIONIS DE ECCLESIA DE TERRINGE.—Universis presentes litteras inspecturis, frater Johannes, permissione divina Cantuariensis ecclesie minister humilis, totius Anglie primas, salutem et sinceram in Domino caritatem. Cultum divini nominis cupientes totis viribus ampliare, capellam de Pascynges, nostre jurisdictionis in diocesi Cycestrensi, que dudum extitit ab ecclesia de Terringe parochia separata, quamvis eidem postea tanquam capella ejus extiterit conjuncta, in statum pristinum de consensu nostri capituli revocantes perpetua diffinitione sanccimus, ut pre-nominata capella decetero tanquam parochialis ecclesia, habens rectorem proprium, perpetuo censeatur, a subjectione ipsius ecclesie de Terringe, cum rectore suo, penitus absoluta, aliis ipsius ecclesie de Terringe juribus in integritate status sui perpetuo remansuris. In cujus rei testimonium presentibus duximus apponendum. Datum apud Wengeham iiij^{or} non. Augusti, anno Domini m^occ^o octogesimo secundo, consecrationis nostre quarto.

[*Letter to the Abbot of Reading for the Friars Minors of that town. Regist. Epist. J. Peckham, ii, 414.*]

[Fo. 105b.]

[*Concerning the absolution of Adam, Prior of St. Swithin's, and others.*]

INSTRUMENTUM PUBLICUM SUPER ABSOLUTIONE FRATRIS ADE PRIORIS SANCTI SWITHINI WYNTONIE ET ALIORUM MONACHORUM MONASTERII EJUSDEM.—In nomine Domini Amen. Anno a nativitate ejusdem m^occ^o octogesimo secundo, indictione x, die ultima mensis Julii. Universis presens instrumentum publicum inspecturis pateat evidenter quod reverendus frater dominus Johannes, Dei gratia Cantuariensis archiepiscopus, totius Anglie primas, fratres Adam, priorem ecclesie Sancti Suithini in Wyntonia, et Willelmum de Basingstoke, monacum ejusdem loci, quos commissarii ejusdem archiepiscopi excommunicaverunt ob eorum contumaciam et offensam, recepto ab eisdem corporali juramento de stando mandatis ecclesie, ab eadem excommunicationis sententia absolvit humiliter hoc petentes, et cum eisdem super irregularitate quam contraxerant sic ligati se divinis officiis inmiscendo dispensavit, auctoritate crucis quam eis dedit in subsidium terre sancte. Petiit insuper idem prior sic absolutus, a dicto domino archiepiscopo potestatem sibi concedi absolventi quosdam alios monachos suos tunc absentes, qui eadem sententia nominatim fuerant involuti, quod postmodum dominus archiepiscopus concessit eidem, prout patet ex litteris inde confectis. Actum apud Wengeham in camera dicti domini archiepiscopi, presentibus, venerabili patre domino Johanne, Dei gracia Wyntoniensi episcopo, magistro Ricardo, archidiacono Cantuariensi, et aliis pluribus testibus ad [hoc] specialiter convocatis.

Et ego Johannes de Sancto Martino Lewensis, apostolica et imperiali auctoritate notarius publicus, predictis interfui, et de mandato dicti domini archiepiscopi ea scripsi meoque signo et nomine communivi.

[*Another document relating to the same matter.*]

INSTRUMENTUM PUBLICUM DE PROCURATORE MONACHORUM SANCTI SUTHINI WYNTONIENSIS PRESENTATO DOMINO AD PETENDUM BENEFICIUM ABSOLUTIONIS A DOMINO.—In nomine Domini Amen. Anno a nativitate Ejusdem m^occ^o octogesimo secundo, indictione decima, die decima mensis Augusti, in presentia mei notarii et testium subscriptorum, frater Philippus de Anyntonia, monachus ecclesie Sancti Suithini Wyntonie, presentavit reverendo in Christo patri domino Johanni, Dei gratia Can-

tuariensi archiepiscopo, totius Anglie primati, nomine quorundam confratrum suorum monachorum Wyntoniensis ecclesie predicte, procuratorium infrascriptum cujus tenor talis est: Reverendissimo patri in Christo et reverendo domino Johanni, Dei gratia Cantuariensi archiepiscopo, totius Anglie primati, sui filii humiles et devoti, fratres Nicholaus de Hamme, supprior Wyntoniensis ecclesie, Godefridus de Exsex', tertius prior, Philippus de Oxonia, Johannes de Ostillaria, Galfridus Norays, Walentinus de Werewelle, Hugo de Bolre, Willelmus de Hou, Johannes Croche, Johannes de Overton', Johannes de Mortune, Willelmus de Bannebiria, et Symon Dymars, monachi prefate ecclesie, omnem reverentiam, subjectionem, et honorem cum salute. Noverit paternitas vestra reverenda quod nos dilectum fratrem nostrum Philippum de Anyntonia, latorem presentium, procuratorem constituimus, facimus, et ordinavimus, de licencia et assensu domini Ade, prioris nostri, ad petendum et recipiendum a sanctitate vestra beneficium absolutionis super quadam excommunicationis sententia in nos fulminata per dominos Cantuariensem officialem et archidiaconum ejusdem loci tunc, commissarios vestros pro eo quod inquisitionem quandam a vobis de mandato vestro per ipsos faciend[m], post appellationes nostras a vobis ad dominum Papam interpositas, subire recusavimus, dantes eidem potestatem et speciale mandatum jurandi in animas nostras, tam de calumpnia quam de veritate dicenda, et prestandi quodlibet genus sacramenti liciti et honesti; ratum habituri quicquid dictus procurator noster nomine nostro in premissis, coram vobis duxerit faciendum. Et quia sigilla propria non habemus, sigillum predicti domini prioris nostri presentibus apponi procuravimus. Datum Wyntonie die [Fo. 106.] Veneris proxima post festum Sancti Petri ad vincula anno Domini m^occ^o octogesimo secundo. Quo procuratorio sic exhibito atque lecto, dictus procurator instanter petiit absolutionis beneficium sibi in personis dictorum fratrum suorum juxta formam prescriptam impendi. Prefatus autem dominus archiepiscopus absolutionem hujusmodi per suas patentes litteras prefato prioris commisit. Et quia prenominate frater Symon Dymars tunc coram dicto domino archiepiscopo personaliter presens fuit et humiliter petivit absolvi, dominus archiepiscopus, recepto ab eo juramento de parendo mandatis ecclesie, absolvit eundem a sententia memorata, et auctoritate crucis quam sibi dedit, dispensavit cum eo super irregularitate quam contraxerat divinis officiis se interim minus provide inmiscendo. Acta in camera dicti domini archiepiscopi apud Maydenestane, presentibus magistro

Godefrido, archidiacono Lewensi, et Ricardo de Glocestria, clerico, testibus ad hoc vocatis.

Et ego Johannes de Sancto Martino Lewensis, apostolica et imperiali auctoritate notarius publicus predictis interfui, et ea vidi et in publicam formam redegì de mandato domini archiepiscopi predicti meoque signo et nomine communivi.

[*Ordination at Hythe.*]

ORDINES CELEBRATI IN ECCLESIA DE HETHE PER DOMINUM JOHANNEM DEI GRATIA CANTUARIENSEM ARCHIEPISCOPUM TOTIUS ANGLIE PRIMATEM DIE SABBATHI QUATUOR TEMPORUM MENSIS SEPTEMBRIS ANNO DOMINI M^oCC^o OCTOGESIMO SECUNDO CONSECRATIONIS DICTI DOMINI QUARTO. NOMINA ORDINATORUM SUNT HEC.

PRESBITERI.

Galfridus de Churlewude, ad titulum patrimonii sui.

Johannes de Cotygham, ad titulum magistri G. de Sancto Leofardo, et ejus periculo.

Stephanus de Peddinge, ad titulum sui patrimonii.

Willelmus de Wyngesham, ad titulum patrimonii sui.

Gilbertus Brent, ad titulum proprium.

Rogerus de Stapele, ad titulum sui patrimonii.

Thomas Wytheward, ad titulum prioris et conventus de Hortonia.

de diocesi domini.

Willelmus de Becleshangre, ad titulum patrimonii sui.

Alexander de parochia Omnium Sanctorum, ad titulum Sancti Sepulcri.

de jurisdictione archidiaconi Cantuariensis.

DIACONI.

Radulphus, rector ecclesie Sancti Michaelis de Paternostercherche, Londoniarum.

Robertus de Sellynge, ad titulum priorisse et Conventus de Dauintore.

Johannes de Littleburne, ad titulum sui patrimonii.

de diocesi domini.

Alexander de Honiton, Wygorniensis diocesis, ad titulum prioris et conventus Sancti Gregorii Cantuarie, per dimissorias.

Ivo de Westgate, ad titulum sui patrimonii.

Johannes le Grantiger, ad titulum proprium.

Jacobus, rector ecclesie de Wrensele.

Hugo de la Thime, ad titulum patrimonii sui.

Willelmus de Sandwyco, ad titulum patrimonii sui.

Rogerus Prechur de Cantuaria, ad titulum Sancti Sepulcri.

Johannes de Dene, ad titulum patrimonii.

Johannes Achard de Cantuaria, ad titulum patrimonii sui.

de diocesi domini.

de jurisdictione archidiaconi Cantuariensis.

SUBDIACONI.

Frater J. de Boctone Archiepiscopi de Modindenne de ordine Sancti Trinitatis.

Thomas de Redingate.

Willelmus de Stapele, ad titulum sui patrimonii.

[Fo. 106b.]

Clemens de Esse, ad titulum sui patrimonii.

Hamo de Doure, ad titulum prioris et conventus ejusdem loci.

Johannes de Hardres, ad titulum domini R. de Hardres, et ejus periculo.

Willelmus de Ifeld, rector ecclesie de Halstede.

Johannes de Seghurst, Wyntoniensis diocesis, per dimissorias de gratia domini, et ejus precepto.

Stephanus, rector ecclesie de Kestane.

de diocesi domini.

ITEM SUBDIACONI.

Rogerus de Bredene de Cantuaria, ad titulum Sancti Sepulcri.

Johannes de Dytefolde, frater Domus Dei Dovorie.

de jurisdictione archidiaconi Cantuariensis.

Thomas de Cheilton, cum litteris domini archiepiscopi.	}	de jurisdictione archi- diaconi Cantuari- ensis.
Samo (<i>sic</i>) de Dovorìa, ad titulum Sancti Martini Dovorìe.		
Nicholaus de Chertham.		

ACOLITI.

Johannes de Pivelesdone.	}	de diocesi domini.
Johannes de Wyngesham.		
Johannes de Itham.		
Bartholomeus de Ridelyngewalde.		
Thomas de Chert.		
Hugo de Clyva.		
Johannes de Niwechurche.		
Willelmus de Pileholte.		
Willelmus de Pollingefoud, rector ecclesie de Ruzesparre, Cycestrensis diocesis per dimissorias.		
Johannes de Illege.		
Robertus de Wyngesham.		

ITEM ACOLITI.

Thomas Cu de Cantuaria.	}	de jurisdictione dom- ini archidiaconi Cantuariensis.
Petrus de Bureweremares.		
Robertus de Stodmerse.		
Robertus de Northburne.		
Nicholaus de Scholdene.		
Johannes de Doveria.		

[*Inspeximus of a grant by the Dean and Chapter of Hereford to the Bishop of Hereford.*]

INSPECTIO DOMINI DE CONFIRMATIONE DECANI ET CAPITULI ECCLESIE HEREFORDENSIS CONCESSA DOMINO P[ETRO] QUONDAM HEREFORDENSI EPISCOPO.—Universis Christi fidelibus presentes litteras visuris vel auditoris, frater Johannes miseratione divina Cantuariensis archiepiscopus, totius Anglie primas, salutem in Auctore salutis. Noverit universitas vestra nos litteras decani et capituli ecclesie Herefordensis, non cancellatas, non abollitas, nec in aliqua sui parte viciatas, vero ipsorum sigillo signatas, inspexisse in hec verba: Universis presentes litteras inspecturis, decanus et capitulum Herefordensis ecclesie salutem in Domino Jhesu Christo. Ad singulorum noticiam volumus pervenire, quod venerabilis pater dominus Petrus, Dei gratia Herefordensis episcopus,

qui nunc est diligenter et utiliter tractavit negotia episcopatus et ecclesie Herefordensis, ita quod per Dei gratiam et ejus industriam et laborem bona dictorum episcopatus et ecclesie tempore sui regiminis sunt augmentata, meliorata, et plurimum dilata; propterea quicquid idem episcopus acquisivit aut melioravit edificando, construendo, emendo, aut quocunque alio titulo sive modo in regno Anglie, vel in partibus unde oriundus existit, et si aliquid de sic acquisitis vendidit, vel donavit, aut vendet, seu donabit imposterum, eidem tanquam bene merito concedimus, et illud totum gratum et ratum habemus et quantum ad nos pertinet confirmamus; exceptis illis que acquisivit vel melioravit in dominicis maneriis spectantibus ad episcopum Herefordensem, que sunt de dominico episcopatus, et excepta illa terra que vocatur terra de bosco sita in manerio de Hammalacy, quam prefatus episcopus emit ab abbate et conventu de Lavendene, que fuit quondam Willelmi filii Warini. Ipsum etiam episcopum et omnes illos in quos hujusmodi acquisita vel meliorata transtulit, vel etiam transferret in futurum omnino quitamus, excepta predicta terra sita in manerio de Hammalacy, et exceptis melioramentis et aquestibus factis in dominicis maneriis episcopatus Herefordensis, prout superius est expressum; promittentes pro nobis et successoribus nostris, quod eidem episcopo aut cuicunque alii tenenti et possidenti res hujusmodi, aut aliquam ex ipsis, nullam questionem movebimus per nos, vel alium, aut molestiam inferemus. Set ex communi voluntate decrevimus et expresse consentimus, quod dispositio episcopi memorati super premissis rebus omnibus et singulis, sive inter vivos, sive in ultima voluntate, in pias causas seu in privatas utilitates liberam et perpetuam habeat firmitatem. In cujus rei testimonium et memoriam sempiternam presenti scripto sigillum nostrum duximus apponendum. Datum apud Herefordiam, iiii kal. Junii, anno Domini m^occ^ol^o sexto. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris fecimus poni. Datum apud Sugwas, die Jovis proxima post festum Epiphanie Domini, anno Domini m^occ^o octogesimo secundo.

[Fo. 107.]

[*Grant of the advowson of Audlem, Ches., to the Prior and Convent of St. Thomas, Stafford.*]

COLLATIO ADVOCATIONIS ECCLESIE DE ADELYME IN COMITATU CESTRIE.—Omnibus Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris, frater Johannes permissione divina Cantuariensis archiepiscopus, totius Anglie primas, salutem et pacem in

Domino sempiternam. Noverit universitas vestra, nos dedisse, et presenti carta confirmasse, Deo et beato Thome Martiri glorioso, et religiosis viris priori et conventui domus dicti Martiris juxta Staffordiam, in liberam, puram, et perpetuam elemosinam, advocacionem ecclesie de Adelime in Comitatu Cestrie, cum pertinentiis suis quam habuimus ex dono Johannis prioris et conventus de Wenlok' in Comitatu Salopie, tenendam et habendam dictam advocacionem prefate ecclesie predictis priori et canonicis Sancti Thome et successoribus suis, libere, quiete, et pacifice imperpetuum. In cujus rei testimonium presenti scripto sigillum nostrum duximus apponendum; hiis testibus, magistris Alano de Freston, archidiacono Northfolchie, Reynerio de Florencia, canonico Lichfeldensi, dominis Nicholao de Knouile, Rogero Burt, clericis, dominis Willelmo de Cauerswalle, Willelmo Bagot de Staffordia, Willelmo de Mere, militibus, Radulpho de Wasteneys, Simone de Actone, Willelmo de Mora, et aliis.

[*Ordination at Croydon.*]

NOMINA ORDINATORUM A DOMINO DIE SABBATHI QUA CANTATUR OFFICIUM SICIENTES IN ECCLESIA DE CROYENDENE ANNO DOMINI M^oCC^oLXXXIIJ^o.

ACOLITI.

Ricardus Costin de Croyende.

Alexander de Westwelle.

Johannes de Calchis.

Robertus de Kemesinge, rector ecclesie de Echeham de dono domini.

Bartholemus de Charlewode.

Gilbertus de Reygate.

Willelmus le Coffrer de Londoniis.

Walterus filius mercatoris de Croyendene.

Jordanus Moraunt de Otteford.

Robertus de Hadresham in Burstowe.

Henricus Dereby.

SUBDIACONI.

Willelmus de Eylesburia, ad mandatum domini.

Johannes de Lamburne in Mephram, ad titulum rectoris ecclesie de Mephram.

Johannes de Sancta Radegundi, canonicus Hastingie.

Godefridus Moraunt de Otteford, ad titulum et presentationem patris sui.

Gilebertus de Langedone, ad titulum Hospitalis.

Johannes de Schorham, ad titulum et periculum domini T. de Garderoba.

Frater Robertus de Clive. } canonici de Lisnes, per dimis-
Frater Rogerus de Mepham. } sorias a domino Roffensi episcopo.

Frater Ricardus de (*blank*), monachus de Bello, per dimissorias episcopi Cycestrensis.

Frater J. de Reygate.

DIACONI.

Johannes de Cliva, ad presentationem decani Suthmallingensis et de precepto domini.

Johannes de Westfeld.

Dominus Walterus, rector ecclesie de Lovente.

Petrus de Cheyham.

Walterus Godman, ad titulum magistri A. de Hale.

Johannes de Risberge, ad titulum patris sui.

Frater Robertus de Boclone.

Frater Willelmus de Trumpetone.

Henricus de Waleden.

Dominus Rogerus Burt, rector ecclesie de Herzghes.

PRESBITERI.

Alexander de Huniton, Wygornensis diocesis, ad titulum prioris et conventus Sancti Gregorii, rector ecclesie Sancti Marci Lewensis, per dimissorias episcopi Cicestrensis.

Robertus de Suthwerk, ad titulum magistri de Hale.

Gilbertus de Reynham, per litteras dimissorias.

Johannes de Denne, ad titulum Willelmi de Hethe.

Thomas de Ringmere, ad titulum decani Suthmallingensis de precepto domini.

Willelmus Foliot, rector ecclesie de Culinge Roffensis diocesis per litteras dimissorias.

Willelmus de Wymbeldone, ad titulum sui patrimonii.

Willelmus de Croyendene, ad titulum Sancti Antonii.

Frater Johannes monachus de Bello, per dimissorias diocesan.

ITEM NOMINA ORDINATORUM EADEM DIE DE JURISDICTIONE ARCHIDIACONI CANTUARIENSIS.

ACOLITI.

Robertus Lumbre de Sandwyco.

Johannes Payforer.

Robertus de Ewelle.

SUBDIACONI.

Thomas de Davintonia, ad presentationem priorisse et conventus.

Benjamin de Mersham, ad titulum patrimonii sui.

Alexander de Honiton, ad presentationem prioris Sancti Gregorii, prout apparet in litteris domini archiepiscopi.¹

Odo de Estchart, ad titulum priorisse et conventus de Kelleburne.

Hugo de Berencestria, ad titulum priorisse de Dauintone.

DIACONI.

Thomas de Pymesdenne, ad titulum ecclesie Sancte Rade-
gundis juxta Dovoriam.

Robertus de Sottone, ad titulum patrimonii sui.

Hamo de Dovoriam, ad titulum prioris et conventus Sancti Martini Dovorie.

Hamo de Braburne, ad titulum abbacie Sancti Augustini Cantuariensis, ec provisione apostolica.

Thomas de Sancto Paulo, ad titulum Sancti Sepulcri.

Willelmus de Faveresham.

Willelmus de Lumbr.

Edmundus de Breg', ad titulum patrimonii. Johannes de Becles habet.

SACERDOTES.

Alexander de Honitone, ad titulum priorie et conventus Sancti Gregorii Cantuariensis, prout apparet in litteris domini archiepiscopi.

Willelmus de Burtone, rector ecclesie de Ycheninge.

†Thomas de Cheltone, ad presentationem et ad titulum prioris et conventus Dovorie.

Hugo de la Thone de Truleg', ad titulum patrimonii sui. J. de Becles habet.

†Johannes de Denne, ad titulum patrimonii sui. Johannes de Becles habet.

Magister Petrus de Sidingburne.

Johannes de Chert, ad titulum patrimonii.

Willelmus de Sandwyco, ad titulum patrimonii.

¹ This entry is crossed out in the Register,

NOMINA ORDINATORUM PER EUNDEM DOMINUM IN VIGILIA
PASCHE PROXIMO SEQUENTE EODEM ANNO.

SUBDIACONI.

Radulphus de Burne, ad titulum Sancti Augustini Cantuariensis.

Johannes de Hegeham.

Frater Johannes de Stallefeld.

†Magister Michael de Wynchelese, rector ecclesie de Horslegh.¹

DIACONI.

Frater Willelmus de Tykenhurst, ad titulum Sancti Augustini Cantuariensis.

Frater Rogerus de Fordwyco, ad titulum Sancti Gregorii Cantuariensis.

Reginaldus de Londonia.

Frater Johannes de Bere.

Frater Nicholas de Dale, de ordinis predicatorum.

Frater Walterus de Cantuaria, rector ecclesie de Fordwyco.

Johannes de Glovernia, ad gratiam domini.

Willelmus de Yford, rector ecclesie beate [Marie] in Marisco.

Johannes de Seghurst, rector ecclesie de Halstede.

Magister Willelmus de Haleberge, rector ecclesie Omnium Sanctorum.

[Fo. 107b.]

[*Letter of Indulgence. Regist. Epist. J. Peckham, i, 33.*]

[*Administration of the will of T., Bishop of Hereford.*]

ADMINISTRATIO TESTAMENTI BONE MEMORIE DOMINI T[HOME] HEREFORDENSIS EPISCOPI.—Memorandum quod v id. Maij apud Lamethe, anno Domini millesimo cc^o octogesimo tertio, concessit dominus domino R[icardo], Dei gratia Herefordensi episcopo, et magistro Willelmo de Monteforti, precentori Herefordensi, executoribus testamentum quondam domini T[home], dicte ecclesie episcopi, ut possint de eodem facere administrationem, prout competens fuerit et honestum, reddendo inde rationem cum super hoc fuerint requisiti.

[*On a slip of vellum stitched into the volume :—*]

[*Resignation of J. de Kyrkeby, Bishop-elect of Rochester.*]

RESIGNATIO DOMINI J. DE KYRKEBY, ELECTI ROFFENSIS DIOCESIS.—Universis presentes litteras inspecturis, frater Johannes permissione divina Cantuariensis ecclesie minister humilis, totius

¹ The three crosses are thus in the original against the above names.

Anglie primas, salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra quod in nostra presentia personaliter constitutus, dilectus filius dominus Johannes de Kyrkeby, archidiaconus Conventrensis, sollicite ponderans sarcinam ratione officii sciensque scriptum esse vocatur sano et provido ductus consilio publice fatebatur, quod electioni de se facte per religiosos viros, . . . priorem et conventum Roffensem, in ejusdem ecclesie episcopum et pastorem, tunc temporis consentire nolebat, sed eidem et juri si quod sibi ex ipsa electione competeat vel competere potuit renunciavit, pure sponte simpliciter et expresse. In cujus rei testimonium presentes litteras sigilli nostri fecimus impressione muniri. Actum apud Michelham xvj kal. Julii, anno Domini m^occ^o octogesimo tertio, ordinationis nostre quinto.

[*Visitation of Battle Abbey (notes on the dorse of the foregoing):*]

Abbas.

Prior.

Supprior. Omnes multum jurant.

Frater Paulus.

Cantor. officium abbreviatum.

Frater Ricardus de Lullyngestone. Memorandum quod prior est nimis debilis et supprior insufficiens pro confessionibus audiendis.

Memorandum de priore de Brekynok qui amotus fuerit pro incontinentia, et nunc remissus est per abbatem ut sit prior.

Idem prior de Breknok dicit talia verba si abbas est, fidelis homo tenebit mihi pactum.

Johannes de Whatlington, capellanus abbatis est insufficiens, et creditur teneri per abbatem quia jovit eum in electione sua et abbas nimis innititur consilio illius.

Abbas accepit diversorum monachorum non omnibus consultis. Monachus senescallus est nimis durus pauperibus tenentibus, et in exactione debitorum supra vires obligatorum.

Gedring [?] subsacrista nimis impetuose opprimit suis [?] verbis et inordinatas sequitur familiaritates. Scilicet verbi gratia cum fratre Rogero de Exonia, cum quo jacuit in eodem lecte frequenter et simulabant se infirmos, et simul minuebant sibi.

Et idem modo nititur ita allicere fratrem Johannem de Marisco et alios juniores et etiam suppriorem.

Camerarius nimis est durus fratribus in ministrando necessaria fratribus, et tantum permittit fratres uti pannis veteribus, quod nihil valent postea ad erogandum pauperibus.

Major refectuarium nimis est parvus ad ministrandum necessaria pro aula et fratribus.

Memorandum quod Senescallus, Sacrista et alii qui circueunt maneria sumant successive diversos secus secum.

Item quando fiunt notabiles venditiones innotescat fratribus quantitas vel ubi venditio facta est.

Item ministrales celle Exonie non sunt fideles nec honesti pro celle Prior de Brok remisit domino m. *li.* et dedit ei . . . marcas pro ingressu, et ita male de habent ibidem quod plures . . . transtulerunt, se et quidam jaciebant habitum. Memorandum de visitacione episcopi.

[Fo. 108.]

[*Administration of the will of Luke de Tany.*]

ADMINISTRATIO TESTAMENTI QUONDAM DOMINI LUCE DE TANY.—Universis presentes litteras inspecturis, frater Johannes, etc., salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra quod probato coram nobis legitime testamento quondam domini Luce de Tany, et exhibito nobis inventario bonorum testamenti ejusdem, facto per executores dicti defuncti, receptoque juramento a Johanne filio Symonis, milite, et Johanne de la Bere, clerico, executoribus in dicto testamento nominatis presentibus coram nobis, de fideli administratione facienda de bonis predictis, et fideli compoto faciendo nobis de sua administratione predicta, cum super hoc a nobis fuerint requisiti, juxta nostre Cantuariensis ecclesie libertatem et consuetudinem in nostra provincia, hactenus observatam; nos prenominationis executoribus sic juratis liberam et plenam administrationem bonorum testamenti predicti decrevimus et concessimus per presentes. In cujus rei testimonium presentes litteras sigilli nostri fecimus impressione muniri. Datum apud Pageham iij kal. Junii anno Domini m^occ^olxxxiiij consecrationis nostre quinto.

[*Ordination at Lewes.*]

ORDINES.

ORDINANDI APUD LEWES DIE SABBATHI QUATUOR TEMPORUM IN SEPTIMANA PENTHECOSTES ANNO DOMINI M^oCC^oLXXXIIJ^o.
ORDINATIONIS DOMINI QUINTO. IN ECCLESIA BEATE MARIE DE WESLONTE.

ACOLITI.

Michael de Sevenhoke.	Henricus Gilbert de Magefeude.
Frater Nicholaus de Pontibus.	Willelmus Peytevyn.
	Robertus de Stanmere.

ITEM ACOLITI.

Willelmus de Fonte.	}	Nomina presentatorum per decanum de Suthmallinge.
Michael de Walecote.		
Rogerus de Withiam.		
Stephanus Ferre.		

SUBDIACONI.

Ricardus de la Hoke de Cheveninge, ad proprium titulum sufficientem.

Johannes de Halctone, Lincolniensis diocesis litteras dimissorias diocesani defert, ad titulum domini W. Bardolf.

Ricardus de Chalfloke, ad titulum Sancti Sepulcri Cantuarie.

Petrus de Cluniaco, monachus Lewensis.

Egidius de Ringmere, ad titulum patrimonii sui.

Robertus de Kemesinge, rector de Echam.

Frater Walterus de Chalke.	}	ad titulum Sancte Marie de Ponte Roberti.
Frater Rogerus de Suttone.		

DIACONI.

Johannes de Punz de Schorham, ad titulum patrimonii sui quem exhibuit.

Godefridus Moraunt, ad titulum sui patrimonii.

Ivo de Estchert, ad titulum priorisse et monialium de Keleburne.

Johannes de Derteford, ad titulum patrimonii sui.

Frater Ricardus, canonicus de Tunebrigge.

Johannes de Icham.

Stephanus de Suthe, rector ecclesie de Kestane.

Joceus de Cant' in Londonia, ad titulum sui patrimonii.

Ricardus de Cant'.

Frater Johannes de Maydenestane.	}	ad titulum Sancte Marie de Ponte Roberti.
Frater Thomas de Ponte Roberti.		

PRESBITERI.

Gregorius de Elmham, Norwycensis diocesis, litteras diocesani deferent ad titulum rectoris de Maydenestane.

Hamo de Braburne, ad titulum Sancti Augustini.

Thomas de Cantuaria, ad titulum priorisse Sancti Sepulcri.

Willelmus, rector ecclesie Sancti Andree Lewensis.

Johannes de Westgate, ad titulum prioris Sancti Gregorii.

Magister Alanus de Mildehale, ad titulum Danielis de Cantuaria per dimissorias domini Norwycensis.

Magister J., vicarius de Romenhal.

Frater Ricardus de Tenham, canonicus Sancti Gregorii.
 Willelmus de Fineberge, per dimissorias domini Norwycensis,
 ad titulum sui patrimonii.

Frater Stephanus de Keveresham, de ordine minorum.

Odo de Baldesdene, monachus Lewensis.

Frater Rogerus de Kenigton.

Humfridus de Stanmere.

Symon de Cliva.

} per decanum de Suthmalling.

[Fo. 108b.]

Indulgentia in honore beate Virginis. [*Regist. Epist. J. Peckham, ii, 580.*]

[*Licence to use the cemetery of the chapel at Ringmer for burial when access to S. Malling Church is impossible.*]

FORMA DEDICATIONIS CAPELLE DE RINGMERE.—Noverint universi Christi fideles quod nos, frater Johannes, miseracione divina Cantuariensis ecclesie minister humilis, totius Anglie primas, communicato consilio . . . decani et canonicorum ecclesie Suthmallingensis, concessimus capelle de Ringmere quod cum contigerit tempore hiemali, prope inundationes aquarum aut nimie tempestatis eventum, corpora parochianorum decedentium dicte capelle ad matricem ecclesiam Suthmallingensem commode non posse portari, in cimeterio dicte capelle sepulture tradantur; predicte matricis ecclesie, cui per concessionem hujusmodi in nullo prejudicare intendimus, tam in mortuariis quam oblationibus et obventionibus, et aliis quibuscunque in omnibus jure salvo. Liceat etiam vicario dicte capelle, qui pro tempore fuerit, publice mendicantes nec habentes unde ad matricem ecclesiam se portari cum in fata decesserint, in dicto sepelire cimeterio, cum indemnitate tamen ut prediximus matricis ecclesie supradicte. Ut autem prefata sepulture concessio inviolabiliter in prescripta forma servetur, et memorate matri ecclesie futuris temporibus in nullo dampnosa aut prejudicialis existat, volumus, et sub pena canonica ordinamus quod vicarius, qui in dicta capella pro tempore fuerit, pro se et capellano suo, si quem eum habere vel alias in dicta capella divina celebrare contigerit juratoriam exhibeat caucionem, quod non nisi sub modo et forma predictis, nisi dictorum decani et canonicorum petita licencia, aliquorum sepeliet corpora defunctorum et quod predictam matricem ecclesiam illesam in omnibus et singulis conservabit. In rei vero sic geste fidem et testimonium sigilli nostri munimine presentes fecimus communiri. Datum et actum Suthmalling' ij non Julii anno gratie m^occ^olxxxiiij^o, et ordinationis nostre quinto.

Ordinatio domini super statum Rogeri, rectoris ecclesie de Hamme Cicestrensis diocesis. [*Regist. Epist. Johannis Peckham, ii, 585.*]

[Fo. 109.]

[*Absolution of the Executors of Walter, late Bishop of Exeter.*]

COMPOTUM TESTAMENTI DOMINI W. QUONDAM EXONIENSIS EPISCOPI. COMPOTUM EXECUTORUM BONE MEMORIE WALTERI EXONIENSIS EPISCOPI DE ADMINISTRATIONE BONORUM ET EXECUTIONE TESTAMENTI EJUSDEM.—Universis presentes litteras inspecturis, frater Johannes, permissione divina Cantuariensis archiepiscopus, totius Anglie primas, salutem in Domino sempiternam. Cum ex officio nostro procedentes, dominos Rogerum de Derteford et Reginaldum dictum le Arcevek, canonicos Exonienses, dominum Petrum de Guldeford, capellanum, magistrum Gervasium de Credintonia, dominos Hugonem de Plymptonia, et Ricardum de Grangiis, executores testamenti bone memorie Walteri, Exoniensis episcopi, coram nobis evocari fecerimus, super reddendo ratiocinio et fidei administratione bonorum dicti defuncti, quorum administrationem eisdem prius in forma juris commisimus, iidem executores, predicte vocationi nostre devote parentes, coram nobis in manerio nostro de Suthmallinge, assignatis eisdem per nos certis auditoribus, videlicet, dominis Nicholao de Cnouile, Herefordensi, et Rogero Burt, Lichfeldensi canonicis, administrationis sue de bonis testamenti predicti reddiderunt finale ratiocinium et fidele, prout per ipsum testamentum codicillos ejusdem, ipsum inventarium ac rotulos ipsius compoti liquere poterit manifeste. De quorum omnium et singulorum administratione, et ipsius testamenti executione, predictos executores omnes et singulos absolvimus per presentes, et pronunciamus absolute quietos. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Actum et datum apud Suthmalling pridie kal. Julii anno Domini m^occ^olxxxiii^o, ordinationis nostre quinto.

[*Exemption from rendering an account to Henry Lovel.*]

PRO MAGISTRO HENRICO LOVEL SENESCALLO TERRARUM DE COMPOTO NON REDDENDO.—Universis presentes litteras inspecturis, frater Johannes, etc., salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra quod licet dilectus nobis in Christo magister Henricus Lovel, senescallus terrarum nostrarum, de administratione sua pro tempore quo senescallus noster extitit et existit ratione hujus officii, ratiocinium reddere minime teneatur, volentes tamen sibi prospicere in futurum omnem hujusmodi

rationem eidem remittimus, et quietum absolutumque reddimus per presentes. In cujus rei testimonium presentes litteras sigilli nostri fecimus appensione muniri. Datum apud Tenham, xiii kal. Octobris, anno Domini m^occ^o octogesimo tertio, ordinationis nostre quinto.

[Fo. 109b.]

[*Ordination at Faversham.*]

ORDINES.

ORDINES CELEBRATI IN ECCLESIA BEATE MARIE DE FAVERESHAM DIE SABBATHI QUATUOR TEMPORUM MENSE SEPTEMBRIS ANNO DOMINI UT SUPRA.

ACOLITI.

Willelmus de Bocton.	Willelmus de Lurdingdenne.
Willelmus de Riparia juxta Dovoriam.	Johannes Hanekin de Can- tuaria.
Johannes Carbonel de Cher- ringe.	Simon de Sancto Alfego.
Hamo de domo Dei de Os- pringe.	Alanus de Herbaldone.
Rogerus de Dovoriam.	Adam de Romenhal.
Ricardus de la Bothe de Dovoriam.	Robertus Russel.
Rogerus Vere de Favere- sham.	Willelmus de Bocton.
Henricus de Wenthorpe de Cantuaria.	Johannes de Chelesfeud.
Simon Marchaunt de Fav- eresham.	Willelmus de Prestone.
Johannes Deye de Cantuaria.	Johannes Noble.
Robertus de Sancto Dun- stano de Cantuaria.	Adam Denghurst.
Rogerus de Hakinton.	Hugo le Neuch.
Willelmus de Welles.	Thomas Delmestone.
Willelmus de Burne.	Gilbertus Loges.
Petrus de Beddinge.	Johannes de Baggige.
Johannes Lynch de Preston.	Walterus Finch.
Johannes Pistor de Dovoriam.	Radulphus de Sutton.
Johannes de Taneto.	Thomas de Moneketon.
Willelmus de Mepham.	Hugo de Herbaldon.
Stephanus de Taneto.	Petrus de Brendle.
Nicholaus de Blechinge.	Adam de Sindane.
Martinus de Burgate.	Thomas Furmir.
	Johannes de Savenake.
	Johannes Fruter.
	Willelmus de Poltone.
	Stephanus de Suttone.
	Adam de Godwynestone.
	Radulphus de Bedinge.
	Cristopherus de Brendle.

SUBDIACONI.

Henricus Mot, ad titulum patrimonii, ut affidenter testatur quod habet sexaginta solidatos et amplius redditus infra libertates domini in suburbio Cantuarie.

Nicholaus de Northgate, ad titulum Sancti Sepulchri.

Magister Willelmus de la Gare.

Rogerus de Cantuaria.

Radulphus, rector ecclesie de Isefeld decanatus Suthmallyngensis.

Thomas de Chert, ad titulum patrimonii sui.

Salomon, frater Hospitii Sacerdotum Cantuarie, ad titulum domus.

Johannes Sirild.

Stephanus de Stapele, ad titulum patrimonii sui sufficientem.

Willelmus de Selegrave, ad sufficientem titulum patrimonii apud Chilham.

Johannes de Chertham, ad presentationem rectoris.

Reginaldum de Sutton.

Willelmus de Hetham.

Rogerus de Celling.

Ricardus Oreng.

Robertus de Stedmerse.

Robertus Rus de Wy.

Johannes, clericus de Herne.

Thomas de Cylmereston, ad titulum patrimonii.

} de quorum titulo dubitatur.

DIACONI.

Hugo de Burnecestria, ad titulum religiosarum mulierum de Davintone, ad quod alias fuit promotus ad ordinem subdiaconatus.

Simon de Bocking, ad titulum patrimonii sui.

Thomas de Davinton, ad titulum monialium de Davintone.

Robertus de Littleburne, ad titulum abbatis et conventus de Langedone.

Johannes de Lamburne, ad titulum patrimonii sui penes dominum residentis alias ordinatus per dominum ad eundem titulum.

Galfridus de Nuningeton, ad titulum patrimonii sui sufficientem.

Johannes filius Nicholai, frater domus Dei de Ospringe, ad presentationem magistri et fratrum.

Johannes Hore, ad presentationem domini J. de Hardres.

Nicholaus de Chertham ad presentationem rectoris.

Johannes de Chilham, ad titulum patrimonii.

Johannes de Tocketone.	}	de quorum titulo dubitatur.
Johannes de Burne.		
Willelmus le Noble, ad titulum		
patrimonii per litteras dimissorias episcopi Cycestrensis.		

[Fo. 110.]

SACERDOTES.

Willelmus, rector ecclesie beate Marie in Marisco.

Magister Willelmus de Apeldereham, subdecanus Cycestrensis, per dimissorias.

Rogerus predicator de Westgate, ad titulum Sancti Sepulcri.

Robertus de Suttone.

Willelmus de Faveresham.

Hugo de Castro Bernardi, Dunelmensis diocesis, per dimissorias sui diocesani, ad titulum et presentationem abbatis de Faveresham.

Adam de Boxle, ad titulum patrimonii sui.

Hugo Charles de Dovoriam, ad presentationem prioris Dovoriam.

Robertus de Quibefeld in Dovoriam, ad titulum proprium.

Willelmus de Stapele, ad sufficientem titulum patrimonii sui.

Willelmus de Lunbre in Sandwyco, ad titulum proprium v marcarum annuarum.

Johannes de Schorham, ad sufficientem titulum patrimonii, per testimonium W. de Shorham.

Radulphus de Grangiis, ad sufficientem titulum patrimonii sui.

Johannes de Wynterburne ad presentationem Johannis Lewensis, per dimissorias.

Walterus Godman, alias ordinatus ad titulum patrimonii in jurisdictione domini Londoniensis.

Odo de Estchert, ad rogatum fratrum Londoniensium.

Gilbertus de Lewes, ad titulum sufficientem patrimonii, per dimissorias.

Henricus Covaunt.

Willelmus Wynter de Lewes, per	}	Sacerdotes de quorum titulo dubitatur.
litteras dimissorias episcopi Cycestrensis.		

[*Final account of the executors of Walter, late bishop of Exeter.*]

FINALE COMPOTUM EXECUTORUM TESTAMENTI BONE MEMORIE DOMINI WALTERI EXONIENSIS EPISCOPI.—Universis presentes litteras inspecturis frater Johannes, permissione divina Cantuariensis episcopus, totius Anglie primas, salutem in Domino sempiternam. Ad universitatis vestre noticiam tenore presentium

volumus pervenire quod, cum domini Rogerus de Derteford, Reginaldus dictus Le Arcevek, Petrus de Guldeford, magister Gervasius de Crydington, Hugo de Plumpton, et Ricardus de Grangiis, executores testamenti bone memorie domini Walteri, Exoniensis episcopi, coram nobis ex officio nostro procedentibus fuissent evocati, ad reddendum ratiocinium testamenti et administrationis bonorum dicti defuncti, quorum administrationem eisdem prius in forma juris commisimus, iidem executores, predicte vocationi nostre devote parentes, coram nobis in manerio nostro de Suthmallinge, in crastino Sancte Trinitatis, anno gratie m^occ^o octogesimo tertio, personaliter comparuerunt, et predicti Rogerus, Hugo, Petrus, et Ricardus, pro se et coexecutoribus suis, per ordinationem nostram de ipsorum consensu et voluntate expressa coram dominis Nicholao de Knovile et Rogero Burd, canonicis Herefordiensibus auditoribus per nos ad hoc specialiter assignatis, ipsius testamenti et administrationis sue de bonis testamenti predicti reddiderunt finale ratiocinium et fidele, videlicet, de duobus milibus octingentis tribus libris quindecim solidis uno denario et quadrante receptis de bonis ipsius defuncti. De quibus computarunt tam in expensis funerariis debite expensis necessariis legatis, et aliis diversis, duo milia sexcentas octingentas et unam libras novem solidos novem denarios obolum et quadrantem, et sic omnibus computatis et allocatis tenebantur dicti executores dicto defuncto in centum viginti duabus libris quinque solidis tribus denariis et obolo, prout in rotulis compoti eorundem plenius continetur. Et dicti executores tenentur solvere et satisfacere plenarie creditoribus et legatariis ac aliis omnibus in ipso rotulo compoti contentis, de omnibus et singulis sibi allocatis in rotulo compoti antedicti. Et nichilominus remanserunt in custodia eorundem tempore compoti subscripta, nobis plenarie restituenda, videlicet, unus anulus cum saphiro aquatico, unum antiphonarium, unum psalterium, duo anuli de precio, quatuordecim zone de serico, una lingua serpentis, una pars pentateuci glosata, diversa cronica in uno volumine, videlicet, Panteon Godefridi Viterbiensis, liber Decretorum et Decretalium apparitatus [*sic*], liber de animalibus, liber Avicenne, Vejecius de Re Militari, que omnia et singula predicti domini Rogerus de Derteford et Petrus de Guldeford nobis postea plenarie restituerunt, exceptis solummodo viginti duabus libris quinque solidis tribus denariis obolo que penes dictum dominum Rogerum de Derteford remanserunt nobis restituenda, cum super hoc per nos fuerit requisitus, et excepto predicto libro decretorum, pro quo dictus Reginaldus le Arcevek nobis solvit centum solidos

sterlingorum. De quibus omnibus et singulis prenomatis dictos executores quietamus, et absoluimus per presentes. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum apud Mortelake, septimo kal. Novembris, anno gratie supradicto, consecrationis vero nostre quinto.

[*Profession of the Prior of St. Martini's, Dover.*]

PROFESSIO PRIORIS BEATI MARTINI DOVORIE.—Ego N., prior creatus in ecclesiam Beati Martini Dovorie, a te reverende pater domine N., sacrosancte Cantuarie ecclesie archiepiscope, totius Anglie primas, tibi et successoribus tuis canonicis substituendis debitam et canonicam obedientiam et subjectionem me per omnia exhibiturum, et nulli alii persone inferiori promitto, quamdiu regimen dicti prioratus possideo. Et decetero fidelis ero tibi domine archiepiscope, et tuis successoribus; non ero in consilio ut vitam perdas vel membrum, vel capiaris mala captione, aut aliquod tibi malum, vel clericis tuis, inferatur, consilium, quod michi per te vel per litteras tuas, aut per nuntium tuum manifestabis, nulli persone religiose vel seculari ad tui vel tuorum dampnum pandam. Jurium tuorum adjutor pervigil et sollicitus ero, ad defendendum et retinendum contra omnes homines tam religiosos quam seculares. Vocatus ad te, veniam, nisi canonico impedimento fuerim impeditus. Nuntios tuos quos certos esse cognosco in eundo et redeundo honorifice tractabo, et in suis necessitatibus adjuvabo. Contra te vel jura tua aut libertates tuas collusionem vel confederationem non faciam cum aliquo religioso vel seculari. Libertates et jura Dovorensis ecclesie, quam tibi tuisque successoribus et nulli alii in temporalibus vel spiritualibus absque medio profiteor esse subjectam, integra, illesa, et illibata, tanquam sollicitus custos et fidelis protector, conservabo, et conservata contra omnes homines tam religiosos quam seculares totis viribus defendere promitto, et alienata proponere revocabo, sic Deus me adjuvet, et hec sancta evangelia. In cujus rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Datum, etc. Testibus multis fidedignis.

[Fo. 110b.]

[*Certificate of the ordination of Robert de Lacy.*]

PRO ORDINIBUS MAGISTRI ROBERTI DE LACY.—Universis presentes litteras inspecturis, frater Johannes, etc., salutem et pacem in Domino sempiternam. Volentes veritati testimonium perhibere universitati vestre notum facimus per presentes, nos, anno Domini m^occ^o octogesimo primo, die Sabbathi. quatuor

temporum proxima ante festum Sancte Trinitatis, in ecclesia conventuali de Farenle, Bathoniensis et Wellensis diocesis, ordines celebrantes, dilectum in Christo filium magistrum Robertum de Lacy, clericum et socium nostrum, ac rectorem ecclesie de Barton, Lincolniensis diocesis, litteras domini Lincolniensis episcopi exhibentem, in diaconum, et die Sabbathi quatuor temporum mensis Septembris, anno predicto, in Cathedrali ecclesia nostra Cantuariensis, per nostrarum manuum impositionem in presbiterum promovisse. In cujus rei testimonium has litteras sibi concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum apud Mortelake, tertio non. Decembris, anno Domini m^occ^o octogesimo tertio, ordinationis nostre quinto.

Inspectio et confirmatio compositionis inter dominum Bonifacium bone memorie Cantuariensem archiepiscopum et priorem et conventum ecclesie Wygorniensis sede Wigorniense vacante. [*Regist. Epist. J. Peckham, ii, 632.*]

[Fo. 111.]

[*Ordination at Croydon.*]

ORDINES DOMINI APUD CROYDENE.—ANNO DOMINI M^oCC^o OCTOGESIMO TERTIO ORDINATIONIS DOMINI QUINTO, CELEBRAVIT DOMINUS ORDINES IN CAPELLA SUA DE CROYNDONE XV KAL. DECEMBRIS, VIDELICET, DIE SABBATHI PROXIMA POST FESTUM SANCTE LUCIE.

ACOLITI.

Gilbertus de Uure.	Petrus Poterel.
Reginaldus de Brom.	Henricus de Cantuaria.
Robertus de Hoffeld.	Henricus Dereby.
Edmundus de Croyndon.	Egidius de Ringmere.
Reginaldus de eadem.	Thomas de Wymbeldone.
Petrus de Leuesham.	Thomas de Esthall, rector de
Johannes Emel.	Hatfelde.
Rogerus de Londonia.	

SUBDIACONI.

Nicholaus de Dovorr'.
 Robertus de Cumba.
 Magister Renerius de Vichio, rector de Hese.
 Simon de Norhampton, ad titulum ecclesie de Wuling cum dimissoriis.

DIACONI.

Jordanus, rector de Burstowe.
 Ricardus de Trenges.

Jacobus de Viscia, rector de Heydun Sancti Andree, per dimissorias.

Willelmus de Scothundon.

Rogerus de Myldenhale.

Thomas de Beninton.

Radulphus de Isefeld.

Johannes de Sancto Leonardo.

Salvagus de Florencia, rector de Westanestou, per dimissorias
Lincolniensis.

Henricus de Sporle, rector de Waldene, Cycestrensis diocesis.

ITEM DIACONI. DE ORDINE MINORUM.

Frater Johannes de Monte Acuto.

Ricardus de Flore.

Ricardus Oliver.

PRESBITERI.

Rogerus Bourt, rector de Hareghes.

Hugo de Burencestria.

Ricardus de Davinton, rector ecclesie de Forwich.

Thomas de Sancto Paulo Cantuarie.

Edmundus de Brugges.

Clemens de Esse.

Simon de Bobbinge.

Willelmus de Eilesbyria.

Nicholaus de Chertham, ad titulum patrimonii.

Godefridus Morant.

Radulphus de Chenny.

Johannes de Gloucestria, rector de Acrise.

ITEM PRESBITERI DE ORDINE MINORUM.

Fratres Walterus de Marleberge.

Johannes de Romesey.

Henricus de Waledene.

Omnes tituli certificarium officialium et nomina ordinatorum remanent in archivis domini.

[*Absolution of Nicholas, vicar of Ross, executor of the will of Henry de Haukele.*]

PRO MAGISTRO NICHOLAO VICARIO ECCLESIE DE ROS, HEREFORDENSIS DIOCESIS, EXECUTORE TESTAMENTI QUONDAM H. de HAUEKLE.

Universis presentes litteras inspecturis, Frater Johannes, etc., salutem et pacem in Domino sempiternam. Nuper nos ex officii

nostri debito vocare fecimus coram nobis, magistrum Nicholaum, vicarium ecclesie de Ros, Herefordensis diocesis, magistri H. de Hauekle, quondam Herefordensis et Lincolnensis ecclesiarum canonici, executorem, super administratione sua in bonis dicti defuncti, ratiocinium fidele ac finale comptum redditurum; comparente quidem dicto magistro Nicholao certis ad hoc die et loco sibi assignatis, coram commissariis nostris ad hoc specialiter deputatis, comptum sive ratiocinium super sua administratione in bonis dicti defuncti, que ad ejusdem manus devenerant, reddidit et exsolvit, propter quod dicti commissarii eundem magistrum Nicholaum de omnibus per ipsum receptis et expensis in hac parte, allocatis ei que fuerant allocanda, vice et auctoritate nostra absolverunt; salvo quod de viginti tribus libris sterlingorum quondam dicti defuncti in thesauraria ecclesie Herefordensis, per collectores decime in subsidium terre sancte concesse sequestrato (*sic*) pro loco et tempore respondere teneatur, prout de jure poterit et debet. Nos autem, quod per eosdem compoti auditores et commissarios nostros actum est seu decretum in premissis, ratum habentes et firmum, memoratum magistrum Nicholaum sic absolutum esse vobis, et omnibus quorum interest, tenore presentium significamus. In cujus rei testimonium has litteras sibi concessimus nostri sigilli munimine roboratas. Datum apud Suthmallinge xvi kal. Marcii anno Domini m^occ^olxxxiii^o, ordinationis nostre sexto.

[*Mem. of letters of orders granted to John Snow.*]

Memorandum quod Johannes dictus Snow de Suthmallinge, ad presentationem decani Suthmallingensis, petit litteras testimoniales ordinis sui de ordine diaconatus a domino recepti, apud Cantuariam die Sabbathi quatuor temporum, mensis Septembris anno Domini m^occ^o octogesimo primo, et ordinationis domini iij^o, et etiam de ordine presbiteratus recepti ab eodem apud Kyngeston, die Sabbathi proxima post festum Sancte Lucie virginis, anno ordinationis domini eodem.

[Fo. 111b.]

[*Ordination at Sevenoaks.*]

ORDINES. NOMINA ORDINATORUM APUD SAVENAKE DIE SABBATHI QUATUOR TEMPORUM IN PRIMA SEPTIMANA QUADRAGESIME ANNO UT SUPRA.

ACOLITI.

Johannes de Sancto Laurentio.

Walterus de Hathewoldenne.

Johannes Chamberleyn.
Petrus de Sevenakes.

Henricus de Sevenakes.

Adam de Otteforde.	Willelmus de Boxle.
Johannes le Butyllir.	Thomas de Northflete.
Henricus Scimmig de Boxle.	Robertus de la Lynde.
Johannes de Boxle.	Gilbertus de Savenake.

SUBDIACONI.

Bertrammus de Estria, ad titulum proprii patrimonii.

Rector de Houtfeud.

Henricus de Harifeud, ad sufficientem titulum proprium.

Willelmus de Bocstede, ad bonum titulum proprium, et ad presentationem decani Mallingensis.

Adam de Sancto Albano, ad sufficientem titulum proprium, per dimissorias abbatis.

Johannes de Londoniis de Arcubus, ad titulum domus Sancti Jacobi juxta Westmonasterium.

Henricus de Herietesham, ad bonum titulum proprium per bonum testimonium.

Robertus de Sevenakes, ad titulum patrimonii sufficientem.

Willelmus de Chilham, ad titulum patrimonii.

Lambertus de Wotone, ad titulum prioris hospitalis Sancti Johannis.

AD TITULUM SANCTE MARIE DE BOXLEIA ETIAM AD ORDINEM
SUBDIACONATUS.

Frater Johannes.	Frater Ricardus.
Frater Egidius.	Frater Ricardus.

DIACONI.

Willelmus de Sellinge, ad titulum Sancti Sepulcri.

Johannes de Aula, ad titulum earumdem cum cautione indemnitatis.

Benjamin de Mersham, ad patrimonium proprium sufficientem.

Nicholaus de Dovoriam, ad titulum priorisse et conventus de Davintone.

Thomas de Eylmerst, ad titulum proprium.

Johannes Marchaunt de Merstham, ad titulum proprium.

Frater Hugo de Tunebrigge.

Willelmus, rector ecclesie Stokebirie.

Magister Simon de Wynchelese, rector ecclesie beate Marie in Marisco.

Robertus de Cumbe.

AD TITULUM SANCTE MARIE DE BOXLEYA.

Frater Rogerus.	Frater Radulphus.
-----------------	-------------------

Frater Rogerus.

Frater Patricius de Killepatric, de ordine minorum.

PRESBITERI.

Willelmus, rector de Quingdenne, Cycestrensis diocesis, ad dimissorias diocesani sui.

Henricus rector de Wauderne, ejusdem diocesis, per dimissorias similiter.

Robertus de Littleburne, ad titulum prioris et conventus de Langeburne.

Rogerus Arnald de Lewes, ad titulum penitentiarii Mallingensis, per dimissorias episcopi Cycestrensis.

Johannes de Icham, ad sufficientem titulum proprium.

Johannes de Lamburne, Sarisberiensis diocesis, alias per dominum ordinatus ad titulum proprium per dimissorias.

AD TITULUM SANCTE MARIE DE BOXLEYA AD ORDINEM
PRESBITERATUS.

Frater Thomas, }
Frater Walterus, } de Boxleya.
Frater Robertus, }

Item Frater Stephanus de Schelfhaungre de ordine minorum.

Memorandum quod in istis ordinibus examinavit magister Willelmus de Sardinia ordinandos et eosdem recepit. Johannes de Becles fuit clericus ejus.

[Fo. 112.]

Anno Domini mclxxxiii.

NOMINA ORDINATORUM APUD OSSPRINGE SABBATHO QUO
CANTATUR SICIENTES VIDELICET VIII KAL. APRILIS ANNO
QUO SUPRA.

ACOLITI.

<p>Frater Robertus de Fecham, monachus) Sancti Augustini Cantuariensis. Willelmus de Leyborne. Symon de Sandwyco. Ricardus de Prestone. Stephanus de Hakenaued. Walterus de Burgate. Johannes de Sandwyco. Ricardus Sprot. Thomas de Faveresham. Johannes Capel de Northborne.</p>	}	<p>Acoliti presentati per archidiaconum Can- tuariensem.</p>
---	---	--

Michael de Prestone.
 Salomon de Sandwyco.
 Jacobus de Dovorria.
 Willelmus Pykeringe.
 Johannes de Holmanestone.
 Edmundus de Egethorne.
 Nicholaus de Sanwyco.
 Clemens de Sellinge.
 Martinus Scalmener.
 Ricardus de Schelling.
 Thomas de Walclive.
 Willelmus de Chertham.
 Rogerus de Suthcherche.
 Thomas de Meydenestane.
 Shemannus de Stapele.
 Thomas de Ylleghe.
 Johannes Hurtre de Boctone.
 Walterus de Meydenestane.

} Acoliti presentati per
 archidiaconum Can-
 tuariensem.

} Item accoliti examinati per
 magistrum R. de Lacy.

SUBDIACONI PER ARCHIDIACONUM EXAMINATI.

Frater Thomas de Shellinge. }
 Frater Thomas de Hacote. } Monachi Sancti Augustini.

Johannes de Huckynge, ad titulum monasterii de Ledes.
 Johannes de Ledes, ad titulum patrimonii sui sufficientem.
 Joceus de Crondel, ad titulum patrimonii sui.
 Ricardus atte Brake de Davintone, ad titulum patrimonii sui.
 Johannes Payfore, rector ecclesie de Wychelinge.

ITEM SUBDIACONI.

Item subdiaconi examinati per R. de Lacy.
 Johannes de Hukinge, ad presentationem prioris et conventus
 de Ledes, et remanet presentatio penes dominum.

DIACONI PER ARCHIDIACONUM.

Salomon Traye, frater Hospitalis Sacerdotum Cantuarie.
 Henricus de Shellinge, ad titulum patrimonii.
 Frater Johannes de Hegham, monachus Sancti Augustini.

SACERDOTES.

Rogerus de la Bredene, ad titulum patri-
 monii sui. }
 Frater Thomas de Londoniis. }
 Frater Nicholaus de la Dale, } de ordine pre- } Per archidiaconum.
 rector de Parva Chert. } dicatorum. }

Ricardus de Dauinton. }
 Thomas de Cantuaria. } Canonici de Ledes.

Willelmus de Norton, ad titulum prioris Hospitalis Jerosolymitani in Anglia qui remanet penes dominum, examinatus per R. de Lacy.

[*Ordination at Newport.*]

ORDINES APUD NYWEPORT.

Anno eodem. Die Sabbathi in vigilia Sancte Trinitatis, celebravit dominus ordines in ecclesia Beati Nicholai de Newport, Coventrensis diocesis, et ordinavit unum subdiaconum, videlicet, magistrum Adam le Gest, rectorem ecclesie de Gydeshale (*sic*), per litteras dimissorias domini Coventrensis et Lichfeldensis episcopi, ad ordinem subdiaconatus.

Item unum fratrem de ordine minorum ad ordinem diaconatus.

Item magistrum Arnaldum Lupy de Tylio, rectorem ecclesie de Krec, Norwycensis diocesis, ad rogatum episcopi Norwicensis, de consensu et voluntate ejusdem episcopi, ad ordinem sacerdotii; et duos fratres de ordine minorum ad eundem ordinem.

[*Absolution of the executors of W. de Radenor.*]

COMPOTUS EXECUTORUM DOMINI W. DE RADENORE QUONDAM
 LANDAVENSIS EPISCOPI.

Universis, etc. Noveritis quod, cum nuper in Landavensi diocese visitantes, dilectos filios magistros Willelmum et Simonem de Radenor, executores testamenti bone memorie domini W. de Radenor, Landavensis episcopi, super compoto suo reddendo de administratione sua circum testamentum predictum, fecissemus ad nostram presentiam evocari, prefatus magister Willelmus, pro se et fratre suo coexecutore predicto, comparens complete nobis inde respondit, et plenarie satisfecit; propter quod ipsum et dictum coexecutorem suum a redditione compoti hujusmodi tenore presentium duximus absolvendos. In cujus rei testimonium, etc. Datum apud Bergeveny iij non. Augusti, anno Domini m^occ^o octogesimo octavo [*sic*] ordinationis nostre sexto.

[*Ordination at Stixwould.*]

ORDINES APUD STIKESWOLDE LYNCOLNIENSIS DIOCESIS.
 NOMINA ORDINATORUM APUD STIKESWOLD LYNCOLNIENSIS
 DIOCESIS DIE SABBATHI QUATUOR TEMPORUM MENSIS
 SEPTEMBRIS ANNO QUO SUPRA.

AD ORDINEM SUBDIACONATUS.

Petrus de Sevenakes, ad titulum patrimonii per sacramentum suum proprium.

AD ORDINEM DIACONATUS.

Rector de Chart.

AD ORDINEM PRESBITERATUS.

Rogerus de Cantuaria, ad titulum patrimonii.

Thomas de Elmerston, ad titulum patrimonii.

Ricardus de Olneya, Lincolniensis diocesis, per litteras dimissorias domini Lyncolniensis episcopi, ad titulum rectoris ecclesie de Olneya.

Magister Ricardus, rector ecclesie de Becele, ejusdem diocesis, per dimissorias ejusdem Lyncolniensis.

[Fo. 112b.]

[*The Convent of Christchurch appoint Robert de Elham their proctor.*]

PROCURATORIUM PRIORIS ET CAPITULI ECCLESIE CHRISTI
CANTUARIE CONTRA ELECTUM SARRISBURIENSIS.

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum visuris et auditoris, Thomas, permissione divina, prior ecclesie Christi Cantuarie, et ejusdem loci capitulum humile salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra quod nos, in omnibus causis seu negotiis motis seu movendis, nos et ecclesiam nostram contingentibus, coram quibuscumque iudicibus ordinariis seu delegatis vel subdelegatis, conservatoribus, seu etiam executoribus, archiepiscopis seu episcopis, dilectum nobis in Christo fratrem Robertum dictum de Elham, commonachum nostrum, procuratorum nostrum ordinamus, facimus, et constituimus, dantes eidem specialem potestatem nomine nostro et ecclesie nostre, agendi, defendendi, excipiendi, provocandi, appellandi, crimina seu defectus proponendi, provocandi, et appellandi maxime contra confirmationem de magistro Waltero Scamel, Sarisberiensis ecclesie electo, ut dicitur, contra libertates ecclesie Christi Cantuarie per dominum archiepiscopum Cantuariensem factam, ac etiam contra consecrationem de ipso per eundem dominum archiepiscopum, ut intelleximus, in alio loco quam ecclesia Christi faciendam, terminum in curia Romana prefigendi; dantes eidem, ut prius, potestatem specialem appellandi, provocandi pro juribus et libertatibus ecclesie nostre a sanctis patribus concessis, et a summis pontifibus confirmatis, causas appellationis prosequendi, alium vel alios loco sui substituendi, et status nostri reformationem petendi, quotiens sibi videbitur expedire, juramentum tam de calumpnia quam de veritate et quodlibet aliud genus liciti juramenti in animas nostras prestandi, et omnia alia faciendi, que premissa contingunt, seu contingere possunt, et que verus et legitimus procurator in

judicio vel extra facere consuevit, ratum habituri et gratum quicquid per eundem procuratorem, vel substitutum, vel substitutos ab eodem in premissis fuerit actum, procuratum seu expeditum, pro eodem et substituto vel substitutis ab eodem sub hypotheca rerum nostrarum, judicatum solvi promittimus, et hec omnibus quorum interest tenore presentium significamus. In cujus rei testimonium presentibus sigillum capituli nostri duximus apponendum. Datum Cantuarie, in capitulo nostro, kalen. mensis Octobris, anno Domini m^occ^olxxx^o iiij^o.

[*Marginal note in a later hand:—*] Conventus ecclesie Christi Cantuarie constituit procuratorem ad prosequendum causam contra electum Sarum quia non erat consecratus in ecclesia Cantuarie.

[*Appeal of the Chapter of Christchurch against the consecration of Walter Scamel, bishop-elect of Salisbury.*]

APPELLATIO PRIORIS ET CAPITULI ECCLESIE CHRISTI CANTUARIENSIS CONTRA CONSECRATIONEM ELECTI SARRISBURIENSIS.

In nomine Domini Amen. Cum vos pater reverende domine Johannes, Dei gratia Cantuariensis archiepiscopo, totius Anglie primas, electionem de Magistro Waltero Schamel in episcopum Sarum, ecclesie sancte Cantuariensis ecclesie sue metropolitice suffraganee factam, non requisito consensu, assensu, seu voluntate prioris et capituli ecclesie Cantuariensis, seu majoris seu sanioris partis ejusdem, aut saltim aliquorum de ipso capitulo quorum in hac parte fuerit requirendus assensus, juxta canonicas sanctiones ac consuetudines, et jura dicte ecclesie Cantuariensis, sed in eorum absentia non per contumaciam contra justiciam examinastis de facto, et confirmastis in ipsorum et ecclesie Cantuariensis predicte prejudicium non modicum et gravamen, eosdem possessione sua, vel quasi, jure quam habebant in hujusmodi spoliando, vel quasi, eidem electo certos diem et locum ab ecclesia Cantuariense valde remotos ad consecrandum eundem assignando, ac suffraganeos provincie Cantuarie, ut eisdem die et loco consecrationi interessent, nulla necessitate ingruente demandando, contra dicte ecclesie Cantuarie metropolitice libertates et jura ac consuetudines ejusdem, ut premititur in hac parte in ipsorum et dicte ecclesie Cantuarie prejudicium non modicum et gravamen, maxime cum eorum intererat examinacioni dicte electionis interfuisse ac dicte electioni electo et eligentibus, propter multa et causas quamplures se opponere; unde ego, frater Robertus de Helham, monachus, procurator dictorum prioris et capituli, quam cito premissa ad ipsorum dominorum meorum

noticiam pervenerant, et commode appellare poterant, et poteram, sentiens eosdem dominos meos et me eorum nomine ex hiis et eorum quolibet per vos domine archiepiscopo indebite pregravari, sacrosanctam sedem apostolicam et pro tuicione curie Cantuariensis in hiis scriptis appello, in hoc loco puplico astante multitudine fidelium copiosa et de hujusmodi appellatione innovandi, et de apostolis pro loco et tempore congruis petendis protestor, et eos ex nunc peto ad hec, cum electorum ecclesiarum cathedralium provincie Cantuarie consecrationes, secundum jura consuetudines et libertates ecclesie Cantuariensis, ut premittitur in ecclesia Cantuariensi, et non alibi nisi de voluntate capituli ecclesie Cantuariensis fieri debeant, supradicti etiam prior et capitulum ecclesie Cantuariensis in hujusmodi possessione, vel quasi, sint et fuissent ab antiquo. Ego dictus procurator cupiens mihi et eisdem priori et capitulo ecclesieque eorum prospicere, et indemnitatibus eorum precavere, metuens ex hujusmodi assignatione loci necnon et ex aliis causis verisimilibus et probabilibus conjecturis, dominis meis priori et capitulo necnon et ecclesie sue antedecte, et mihi prejudicium posse generari in futurum, ne vos pater reverende electum supradictum Salesbyriensis ecclesie, et si consecrandus existat quod non fateor, seu quemcumque alium suffraganeum vestrum alibi quam in ecclesia Christi Cantuarie eisdem, dominis meis priori et capitulo invitis, ubi necessitas non urgeat consecretis, seu ab aliis faciatis consecrari, sedem apostolicam supradictam et pro tuicione curie Cantuariensis in hiis scriptis provoco et appello, a premissa appellatione non recedendo, sed eidem prorsus insistendo, et de apostolis petendis pro loco et tempore congruis, et de innovanda ut premittitur et apostolis petendis protestor, subiciendo dictos dominos meos, et ecclesiam suam antedictam, ac etiam omnia bona sua, necnon me et omnes eis adherentes advocatos consiliarios protectioni defensionis tuicioni sedium predictarum; et juro ad sancta Dei evangelia pro me, et in animas dictorum dominorum meorum, causas supradictas credere veras esse, et me eas seu aliquam earum que dictis dominis meis sufficiat posse pro loco et tempore congruis probare. Protestor insuper dictos dominos meos ab indulgentiis, libertatibus, juribus eorum seu possessionibus, nullo modo recedere velle tacite vel expresse sed eisdem inniti cum effectu. Et prefigo mihi et dictis dominis meis necnon et dicto magistro Waltero, et vobis domine archiepiscope, si vestra credideritis interesse, et omnibus quorum interest seu quos istud negotium contingit, terminum, videlicet ut infra mensem dictarum appellationum et provocationum eis notificatarum, ut ad dictam sedem apostolicam iter arripiant

accedendi per se aut per procuratores idoneos et sufficienter ad totam causam instructos, cum actis, juribus, et munimentis dictum negotium contingentibus, facturi et recepturi quod dictaverit ordo juris.

[*Marginal Note* :—] “Sequitur in pagina proxima sequente revocacio provocationis seu appellacionis prescripte et residet originale in apud (*sic*) sanctum Gregorium Cantuarie in thesauraria domini archiepiscopi sub sigillo capituli Cantuariensis.”

Facta fuit hec provocatio seu appellatio apud Hontindon in prioratu, vj idus Octobris, anno supradicto, per procuratores predictos, quibus dominus archiepiscopus respondit et injunxit Johanni de Becles, notario, quod inde faceret publicum instrumentum.

[Fo. 113.]

[*Commission to audit accounts of Thomas de Chartheham.*]

MAGISTRO H. LOVEL ET W. DE CHILECUMBE AD AUDIENDUM
COMPOTUM DOMINI THOME DE CHARTEHAM THESAURARII.

Frater Johannes, etc., dilectis filiis magistro Henrico Lovel, senescallo nostro, et domino Waltero, rectori ecclesie de Hicham, salutem, gratiam, et benedictionem. Ad audiendum compotum dilecti filii domini Thome de Chartheham, thesaurarii nostri Cantuariensis, et ad faciendum eidem acquietanciam nomine nostro, vobis vices nostras committimus per presentes. Datum Radyng', die dominica proxima post festum Sancti Luce Evangeliste, anno etc.

[*The appeal against the consecration of Walter Scamel is withdrawn.*]

Universis presentes litteras inspecturis, H. permissione divina prior Ecclesie Christi Cantuariensis, et ejusdem loci capitulum humile salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra quod cum nuper vacante ecclesia Sarresbyriensi per mortem bone memorie domini Roberti, episcopi loci ejusdem, ac electione de persona venerabilis viri magistri Walteri Scamel in episcopum Sarr' celebrata, et per reverendum patrem dominum Johannem, Dei gratia Cantuariensem archiepiscopum, totius Anglie primatem, confirmata, nos, timentes ex confirmatione ipsa pro eo quod ad eam nostro concensu minime requisito processum fuit nobis et ecclesie nostre posse prejudicium generari, postquam hoc ad nostri noticiam pervenit, a confirmatione ipsa coram prefato patre et domino archiepiscopo appellacionem ad sedem apostolicam sollempniter interponi fecerimus, asserentes nos confirmationi suffraganeorum quorumcumque Cantuariensis provincie interesse,

ac etiam consecrationem eorundem suffraganeorum non alibi quam in ecclesia nostra Cantuariensi sine consensu nostro fieri debere, et ne idem venerabilis pater, dictus dominus archiepiscopus, aliquid premissis contrarium attemptaret, ad sedem apostolicam per nos extiterit appellatum, nos viam pacis et concordiam cum dicto patre nostro archiepiscopo affectantes, appellationibus, provocationibus, causis, et litibus in curia Romana, vel alibi inter dictum dominum archiepiscopum et nos occasione confirmationis et consecrationis predicti magistri Walteri motis renunciamus per presentes. In cujus rei testimonium sigillum capituli nostri presentibus duximus apponendum. Datum Cantuarie, in capitulo nostro, iij^{us} kal. Marci anno Domini m^occ^o octogesimo quinto.

[Fo. 113b is blank in the Register.]

[Fo. 114.]

Anno Domini m^occ^olxxxiii^o. Ordinationis domini Johannis archiepiscopi septimo.

LITTERE COMMUNES ET NOMINA ORDINATORUM.

[*Letter to the Chancellor of the University of Oxford. Regist. Epist. J. Peckham, iii, 886.*]

[*Letter to the Official of Canterbury. Ibid., iii, 888.*]

[Fo. 114b.]

[*Letter to Peter Blanci. Ibid., iii, 889.*]

[*Letter to the Official of Amiens. Ibid., iii, 890.*]

[*Letter to Lambert de Moygnet. Ibid., iii, 891.*]

[Fo. 115.]

Anno Domini m^occ^olxxxv^o. Ordinationis domini septimo.

[*Letter to the Official of the Bishop of Chichester. Regist. Epist. J. Peckham, iii, 893.*]

[*Letter to Thomas de Chertham. Ibid., iii, 894.*]

[*Letter to William Daubeney, Canon of Hereford. Ibid., iii, 895.*]

[Fo. 115b.]

[*Letter to Master Martin, Commissary of Canterbury and others. Ibid., iii, 912.*]

[*Monition to the Bailiffs of Winchelsea.*]

XIII Kal. Januarii, apud Maghefeld, emanavit littera directa archidiacono Lewensi, vel ejus officiali, ad monendum ballivos ville de Wynchelse ut absterneant se ab indebitis exactionibus quas faciunt ab hominibus et tenentibus ecclesie Cantuarie, et vadia sua

ab ipsis recepta sibi restituant indilate, sub pena excommunicationis majoris, quam nisi monitionibus suis in hac parte paruerint, poterunt formidare; item ad denunciandum excommunicatos in genere omnes illos qui contra Cantuariensem ecclesiam veniunt; et quid fecerit in premissis certificabit dominum citra festum Sancti Hillarii, per suas patentes litteras ubicunque, etc.

ORDINATIONIS DOMINI ANNO OCTAVO.

[*Letter to the Dean of Shoreham. Regist. Epist. J. Peckham, iii, 914.*]

[Fo. 116.]

LITTERE COMMUNES ET NOMINA ORDINATORUM.

[*Ordination at Amesbury.*]

NOMINA ORDINATORUM.

ANNO DOMINI M^oCC^o OCTOGESIMO QUINTO, DIE SABBATHI QUATUOR TEMPORUM IN FESTO PENTECOSTE MENSE MAII IN ECCLESIA DE AMBRESBYRIA, CELEBRAVIT DOMINUS CANTUARIENSIS ORDINES ET ORDINAVIT SUBSCRIPTOS VIDELICET.

PRESBITEROS.

Vicarium de Preston.

Johannem de Aula, Cantuariensis diocesis, ad titulum priorisse et conventus Sancti Sepulchri, de quo ipsemet requisitus contentus extitit exonerans per omnia ipsum ordinantem.

Magistrum Adam Gust, rectorem ecclesie de Ideshale, Cyccestrens diocesis.

DIACONOS.

Henricum de Herietesham, ad titulum patrimonii sui, de quo ipsemet ordinandus requisitus contentus extitit exonerans per omnia ipsum ordinantem, et habet litteram.

Willelmum de Meleburne, Sarrisburiensis diocesis, ad titulum et presentationem episcopi ejusdem.

Walterum de Burencestre, Lincolniensis diocesis, per dimissorias, et ad presentationem episcopi. Habet litteram.

Magistrum Ricardum de Bromholm, portionarium ecclesie de Derle in Pecko, Coventrens et Lichfeldensis diocesis, per dimissorias sui diocesani, et habet litteram.

SUBDIACONOS.

Philippum Lovel, ad titulum ecclesie de Wytrichesham, et habet litteram.

Radulphum Cyflewast, Sarrisburiensis diocesis, per dimissorias, ad presentationem diocesani.

[*Letter to the Abbot of Clugny. Regist. Epist. J. Peckham, ii, 902.*]

[Fo. 116b.]

[*Letter to the Abbot of Gloucester. Ibid., iii, 905.*]

[*Letter to the Archdeacon of Canterbury. Ibid., iii, 906.*]¹

[Fo. 117.]

[*Letter to Master Martin, Commissary of Canterbury. Ibid., iii, 908.*]

[*Letter to the Abbot of Sherborne. Ibid., iii, 908.*]

[*Safe conduct for Adam de Schepeye*]

LITTERA CONDUCTUS ADE NUNCIL.—XVIII Kal. Februarii, apud Suthmalling, emanavit littera conductus in communi forma, facta et tradita Ade de Schepeye, nuntio domini, qui proximo die sequenti iter arripuit versus curiam Romanam, pro negotiis domini archiepiscopi et ecclesie sue inibi promovendis.

[*Letter to the Archdeacon of Canterbury. Regist. Epist. J. Peckham, iii, 912.*]

[Fo. 117b.]

[*Ordination at South Malling.*]

NOMINA ORDINATORUM DE DYOCESSE CANTUARIENSE ET ALIORUM HABENTIUM LITTERAS DIMISSORIAS.

ANNO DOMINI M^oCC^oLXXX^o QUINTO, DIE SABBATHI QUATUOR TEMPORUM MENSIS SEPTEMBRIS IN ECCLESIA PREBENDALI SUTHMALLYNG, CELEBRAVIT DOMINUS CANTUARIENSIS ORDINES, ET ORDINAVIT SUBSCRIPTOS, VIDELICET.

ACOLITOS.

Alexandrum de Berewyk.

Henricum de Berewyk.

Johannem Hamelyn.

Walterum Hamelyn.

Willelmum Hamelyn.

Jacobum de Horle de Maghefeud.

Robertum de Belegegrave, Lincolniensis diocesis, per dimissorias.

Nicholaum de Pluckele.

Johannem de Brockstede.

Alexandrum de Benetleye.

} ad presentationem decani
Suthmallyngensis.

} de parochia de Fremfeud.

¹ Marginal note against this, in a later hand:—"Littera Wyntoniensi Roffensi et Cystrensi et archidiacono Cantuariensi ne archiepiscopus Ebor. deferat crucem in diocesis suis."

Thomam Chaunterel de Clyva.

Rogerum de Cherlewode.

SUBDIACONOS.

Fratrem Ricardum de Eselynge de ordine predicatorum.

Magistrum Robertum, penitentiarium Suthmallyng'.

Willelmum dictum Herth, ad titulum et mandatum domini speciale, parochie de Fremfeud.

Reginaldum dictum Peke de Suthmallynge, ad presentationem decani ejusdem loci.

Robertum filium Radulphi de Suthmallyng ad presentationem decani ejusdem loci.

Thomam le Waleys, ad titulum ecclesie de Chert.

Fratrem Henricum de Apeldrefeud.

Fratrem Ricardum de Westgate. } canonicos de Ledes.

DIACONOS.

Fratrem Petrum, monachum Lewensem.

Thomam de Ottele, Norwycensis diocesis per litteras dimissorias, et ad titulum et presentationem magistri Ade de Hales.

Robertum de Middelton, rectorem ecclesie de Perham, Cyccestrens diocesis, per litteras dimissorias.

Ricardum de Okefeud, ad titulum decani Suthmallyngensis.

Willelmum de Bocstede, ad presentationem ejusdem decani.

Reginaldum de Taneto.

Nicholaum de Burne.

Johannem Achard.

Symonem de Valynes.

Bartholomeum.

} monachos ecclesie Cantuarie.

PRESBITEROS.

Radulphum, rectorem ecclesie de Graveshende, Roffensis diocesis, per litteras dimissorias.

Johannem de Chileham, ad titulum patrimonii sui, alias per dominum ordinatum ad eundem titulum.

Bertrammum de Estria, ad titulum patrimonii sui, alias per dominum ordinatum ad eundem titulum.

Robertum de Dovoriam.

Ricardum de Cantuaria.

Johannem de Westgate.

Thomam de Bello.

Henricum de Bello.

Johannem de Londonia.

Johannem de Wy.

} monachos ecclesie Cantuariensis.

[Fo. 118.]

NOMINA ORDINATORUM DE DYOCESSE CYCESTRENSI EISDEM ANNO DIE ET LOCO PRESENTATORUM PER OFFICIALEM CYCESTRENSEM ET PER LITTERAS EPISCOPI EJUSDEM QUARUM TENOR TALIS EST.

S., miseratione divina Cycestrensis episcopus, dilecto in Christo filio magistro W. de Cruceroysia, officiali nostro, salutem, gratiam, et benedictionem. Ad admittendum, secundum quod expedire videritis, clericos nostre diocesis ordinandos, et eosdem domino Cantuariensi archiepiscopo presentandum, ad susceptionem ordinum, vice nostra, plenam tibi, tenore presentium, concedimus in Domino potestatem. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum apud Cacham (*sic*) xiiij^o kal. Octobris, anno Domini mcc^olxxx^o quinto.

ACOLITOS.

Fratrem Ricardum de Bouenye de Micheleham.
 Johannem Page de Woggham.
 Ricardum Foty de Iford.
 Johannem de Campis.
 Robertum Garlaund.

SUBDIACONOS.

Walterum Franciscum.
 Nigellum de Coumbes.
 Johannem de Sancto Edmundo.
 Rogerum de Sengelton.
 Johannem Springaud.
 Martinum dictum Monachum.

DIACONOS.

Henricum de Bixle.
 Willelmum de Dene.
 Johannem Miles.
 Robertum de Findon.
 Robertum, rectorem de Perham.
 Simonem de Fyndon.
 Johannem Lambert.

PRESBITEROS.

Fratrem Thomam.
 Ricardum de Bello.
 Nicholaum Peverel.
 Nicholaum de Hamme.
 Simonem Coleman.
 Ricardum de Dale.

Robertum de Lovente.
Warinum de Blachinton.

NOMINA ORDINATORUM DE DYOCESSE CYCESTRENSE ANNO
DOMINI M^oCC^oLXXXV^{to} DIE SABBATHI QUATUOR TEMPORUM
MENSIS DECEMBRIS IN ECCLESIA PREBENDALI SUTHMAL-
LYNGENSI, CELEBRAVIT DOMINUS CANTUARIENSIS ORDINES
ET ORDINAVIT SUBSCRIPTOS VIDELICET.

ACOLITI.

Ricardus Scurel.
Johannes de Gurdlare.
Johannes de Massingham.
Robertus Brineman.
Ricardus Hamund.
Willelmus de Baldesden.
Hugo, Apparitor.

SUBDIACONI.

Frater Nicholaus de Lewes.
Frater Johannes de eadem.

DIACONI.

Frater Gilbertus de Lewes.
Frater Martinus de eadem.
Frater Ricardus de Boxgrave.
Henricus de eadem.
Walterus de Petteworth.
Philippus de Kyngeston.

PRESBITERI.

Willelmus de Dene.
Rogerus de Wythihamme.

[Fo. 118b.]

[*Letter to the Provincial of the Friars Preachers and to the
Minister of the Minorites. Regist. Epist. J. Peckham, iii, 909.*]

[*Letter to the Dean of South Malling. Ibid., iii, 910.*]

[*Letter to the General of the Minorites. Ibid., iii, 911.*]

[Fo. 119.]

[*Ordination at South Malling.*]

NOMINA ORDINATORUM DE DYOCESSE CANTUARIENSI ET ALIO-
RUM HABENTIUM LITTERAS DIMISSORIAS ANNO DOMINI
M^oCC^o OCTOGESIMO QUINTO DIE SABBATHI QUATUOR TEM-
PORUM MENSIS DECEMBRIS IN ECCLESIA PREBENDALI

SUTHMALLYNGENSI CELEBRAVIT DOMINUS CANTUARIENSIS
ORDINES ET ORDINAVIT SUBSCRIPTOS VIDELICET.

ACOLITI.

Ricardus dictus le Frie de Terrynghe.

Thomas de Monyngheham.

Johannes de Monengeham.

Wyel de Rysseberghe.

Johannes de Hampton, magister scole Lewensis, per dimissoria.

Johannes de Rammeseye, Lincolniensis diocesis, per dimissoria.

Johannes le Mareschal de Glynde.

SUBDIACONI.

Johannes de Bregge, ad titulum patrimonii sui.

Johannes dictus Pistor de Pessinge, ad titulum patrimonii sui.

Frater Michael

Frater Nicholaus } Sancte Radegundis.

Frater Robertus }

Walterus de Stane, ad titulum patrimonii sui.

Henricus de Dodington, ad titulum patrimonii sui, et ad presentationem archidiaconi Cantuariensis.

Ricardus de Tangemere, ad titulum patrimonii sui.

DIACONI.

Robertus de Hasting, rector ecclesie de Pette, Cycestrensis diocesis cum dimissoriis.

Johannes Gocelyn, rector ecclesie de Crokestone, Elyensis diocesis cum dimissoriis.

Robertus de Stodmerse, ad titulum patrimonii sui.

Thomas le Waleys, rector ecclesie de Magna Chert, Cantuariensis diocesis.

Magister Robertus de Watlyngton, penitentiarius Suthmallyngensis.

Stephanus de Staple, ad titulum patrimonii sui.

Rector ecclesie de Dale, qui vocatur Willelmus.

Magister Willelmus de Hyrton, rector ecclesie de Slyndon.

Rector ecclesie de Wychelynge.

Johannes Syryl de Cantuaria, ad titulum patrimonii sui.

Willelmus Erch, ad titulum et mandatum domini archiepiscopi.

PRESBITERI.

Johannes de Risberghe, exempte jurisdictionis domini, ad titulum patrimonii sui.

Willelmus de Dokeswrth, Elyensis diocesis, per dimissoria ad titulum patrimonii sui.

Thomas de Cantuaria, dictus de Sancto Paulo, ad presentationem archidiaconi, et ad titulum monialium Sancti Sepulcri Cantuariensis.

Frater Henricus de Cumbwelle	}	monachi de Faversham.
Frater Galfridus		
Frater Thomas		

Magister Willelmus de Cruceroytia, rector ecclesie de Flechyngge, Cycestrensis diocesis, per dominum.

Johannes de Sancto Leonardo, decanatus de Arcubus Londoniarum, ad titulum patrimonii sui.

Ricardus de Hockefeld, ad presentationem decani Suthmallnggensis.

[*Letter to the Prioress of Sheppey. Regist. Epist. J. Peckham, iii, 924.*]

[Fo. 119b.]

[*Letter to the Commissary of Canterbury. Ibid., iii, 915.*]

[*Penance of Osbert Gifford. Ibid., iii, 916.*]

[*Letter to the Abbot of Bewley. Ibid., iii, 918.*]

[Fo. 120.]

[*Ordination at Tenham.*]

NOMINA ORDINATORUM DE DIOCESE CANTUARIENSI ET ALIORUM HABENTIUM LITTERAS DIMISSORIAS, ANNO DOMINI M^oCC^o OCTOGESIMO QUINTO DIE SABBATHI QUATUOR TEMPORUM MENSIS MARCII IN ECCLESIA PAROCHIALI DE TENHAM CELEBRAVIT DOMINUS CANTUARIENSIS ORDINES ET ORDINAVIT SUBSCRIPTOS VIDELICET.

ACOLYTI.

Magister Lucas de Sancto Leonardo.
Johannes dictus le graunt de Oxeburghe, Norwycensis diocesis, per litteras dimissorias diocesani sui.

Drocius de Orpinton.

Johannes Morys.

Henricus de Benendenne.

Henricus Abbot.

Johannes de Benstede.

Rogerus de Chertham.

Thomas de Wycham.

Willelmus Mansin de Dovoriam.

Robertus Beystard de Dovoriam.

Absolon de Maydestan.

Isti fuerunt recepti
per dominum.

Robertus de Sancta Mildreda.
 Laurentius de Dedingkyl.
 Willelmus Spicer.
 Johannes de Cherleton.
 Robertus de Sancto Paulo.
 Henricus de Tenham.
 Willelmus de Oteringdenne.
 Nicholaus de Littleburne.
 Nicholaus de Menton.
 Laurentius de Sancto Paulo.
 Bengamyn de Sureye.
 Thomas de Sancto Paulo.
 Willelmus de Lenne.
 Johannes de Wynchelese.
 Johannes de Hertlepe.
 Johannes Lungespeye.
 Thomas de Brege.
 Johannes de Henxhelle.
 Johannes de Faversham.
 Symon de Dovorìa.
 Ricardus de Altham.
 Johannes de Dodyngton.
 Johannes le Gay.
 Symon de Osprenge.
 Johannes de Aylmedestede.
 Adam Goldstan.
 Johannes Taverner.
 Stephanus de Sancta Mildreda.
 Johannes de Sellynge.
 Henricus de Sellynge.
 Willelmus Hubert.
 Radulphus de Menstre.
 Johannes dictus Vesconte.
 Radulphus de Bergstede.
 Nicholaus Coppedoke.
 Johannes de Hornesclyue.
 Galfridus Cissor.
 Adam de Dodyngton.

Isti fuerunt presentati per archidiaconum Cantuariensem.

SUBDIACONI.

Thomas de Maydestane, ad titulum patrimonii sui, et ad testimonium rectoris ejusdem.

Willelmus de Dovorìa, ad titulum patrimonii proprii.

Stephanus de Stone, ad titulum proprium, et ad titulum et presentationem prioris et conventus Sancti Gregorii Cantuariensis.

Gilbertus de Boxford, Norwycensis diocesis per litteras dimissorias, et ad titulum patrimonii proprii.

Isti precedentes quatuor fuerunt recepti per dominum archiepiscopum.

Dunstanus de Sancto Martino.

Willelmus de Kyngeston, ad patrimonium.

Willelmus Burgeys, ad titulum xvj acrarum terre, et per Johannem Holt, Cantuarie, presentatus.

Willelmus de Davynton.

Willelmus Bredican, ad titulum patrimonii proprii.

Alexander Cissor de Cantuaria, ad titulum proprium sufficientem.

Isti tres precedentes fuerunt presentati per archidiaconum Cantuariensem.

DIACONI.

Walterus de Maydestan, ad titulum patrimonii ut alias.

Adam de Sancto Albano, per litteras dimissorias abbatis ejusdem, ad titulum abbatis ejusdem, alias ad eundem titulum ordinatus.

Johannes de Wytefeld, de domo Dei Dovorie.

Nicholaus clericus de domo Dei Dovorie.

Johannes de Bregge.

Thomas Picard de Westgate, ad titulum proprium de quo se bene contentum reputavit.

Lambertus de Wodeton, ad titulum prioris Hospitalis Jerusalem in Anglia.

Reginaldus, filius Martini de Sutton, ad titulum domine Johanne de Valencia.

Thomas de Magna Chert, ad titulum patrimonii proprii.

} recepti per dominum archiepiscopum.

} per archidiaconum recepti.

PRESBITERI.

Magister Rogerus de Saxinghurst, } recepti per dominum archidiaconus Leycestrensis. } archiepiscopum.

Magister Robertus de Watlyngton, primarius Suthmallyngensis, et eadem die fuit institutus, et dominus investivit eum per anulum suum in primaria predicta.

Egidius de Ryngemere, ad titulum patrimonii sui ut alias.

Henricus de Herietesham, ad titulum patrimonii proprii.

Robertus de Hastingge, rector ecclesie de Pette, Cycestrensis diocesis, per dimissoria.

Willelmus, rector ecclesie de Dale.

Stephanus de Staple, ad titulum proprium.

Frater Henricus de domo Dei Dovorie.
Johannes de Toketon.

Thomas de Davynton, ad titulum monialium de Davynton.

Johannes de Chertham.

Willelmus de Sellynge, ad titulum domus Sancti Sepulcri, Cantuarie, ad eundem titulum, alias ordinatus.

Thomas de Pymnesdene.

recepti per dominum archiepiscopum.

presentati per archidiaconum Cantuariensem.

[Fo. 120b.]

[*Condemnation of heresies. Regist. Epist. J. Peckham, iii, 921.*]

[Fo. 121.]

[*Ordination at Aldington.*]

ORDINES CELEBRATI IN ECCLESIA PARROCHIALI DE ALDINGTON DIE SABBATHI QUATUOR TEMPORUM QUA CANTATUR SCITIENTES, ANNO DOMINI M^oCC^o OCTOGESIMO SEXTO PER DOMINUM CANTUARIENSEM ET ORDINAVIT SUBSCRIPTOS.

ACOLITI.

Johannes de Parva Chert.
Willelmus de Dagepette.
Rogerus de Meresham.
Johannes de Kyngeston.
Johannes de Lymene.
Robertus de la More.
Lucas de Patrikesburne.
Henricus de Milstede.

} recepti per dominum.

Johannes dictus Attegate in Cherrynge.	} exempti.
Robertus de Wythrichesham.	
Johannes de Hicham.	
Johannes de Romenal.	
Johannes de Parva Chert, presentatus per archidiaconum.	

SUBDIACONI.

Adam de Bregge, ad titulum patrimonii sui.	} recepti per
Johannes Duraunt, ad titulum proprium.	

Johannes de Bidyc, Dunelmensis diocesis, per litteras dimissorias sui diocesanii, admissus de mandato domini archiepiscopi Cantuariensis.

Thomas de Borham, ad titulum patrimonii sui, per testimonium domini Petri de Guldeforde, rectoris de Bissopesburne.

DIACONI.

Stephanus de Stone.
 Ricardus le Faukener, rector ecclesie de Kyngesende.
 Willelmus Burgeys, ad titulum Johannis Holt, alias ordinatus in subdiaconatum.
 Willelmus Preditan, ad titulum proprium.

PRESBITERI.

Willelmus, rector ecclesie de Broclonde.
 Willelmus de Schotingdone, ad titulum prioris et conventus Dovorie.
 Petrus de Valoniis, rector ecclesie de Kenardington.
 Philippus Lovel, rector ecclesie de Wythrichesham.
 Thomas de Ottele, Norwycensis diocesis, per dimissoria, ad titulum et presentationem magistri Ade de Hales, et alias admissus ad instantiam ejusdem.
 Magister Reynerius de Florencia, rector ecclesie de Hese, Londoniensis diocesis.
 [*Letter to the Dean of the Arches. Regist. Epist. J. Peckham, iii, 924.*]
 [*Letter to the Official of Ely. Ibid., iii, 925.*]

[Fo. 121b.]

[*Ordination at Wimbledon.*]

ORDINES CELEBRATI IN ECCLESIA PARROCHIALI DE WYMBELDON
 WYNTONIENSIS DIOCESIS DIE SABBATHI SCILICET IN
 VIGILIA SANCTE TRINITATIS VI^{to} IDUS JUNII ANNO DOMINI

M^oCC^oLXXX^o SEXTO PER DOMINUM CANTUARIENSEM ET
ORDINAVIT SUBSCRIPTOS VIDELICET.

ACOLITI.

Walterus filius Thome de Wydhulle, Sarrisburiensis diocesis,
per litteras dimissorias diocesani.

Thomas, filius Thome Moraund de Otteforde.

Johannes de Maydestan.

Laurencius de Cheyham.

Adam de Wymbeldon.

Johannes dictus Payn de Wymbeldon.

Johannes de Harghe.

Thomas de Sancto Dunstano.

Johannes de Cherlewode.

Alanus de Cheyham.

Willelmus de Trumpenton, ad titulum ecclesie de Halstede.

Petrus de Cheyham.

SUBDIACONI.

Rogerus de Brampton, Norwycensis diocesis, per dimissoria.

Petrus dictus Bette de Cantuaria, ad titulum et provisionem
prioris et conventus de Ledes, juxta mandatum apostolicum
domino archiepiscopo directum in forma pauperum.

Thomas de Maydestane, ad titulum patrimonii sui, et presenta-
tionem rectoris ejusdem.

Johannes de Chipeham, Norwycensis diocesis, per dimissoria,
ad titulum prioris hospitalis Jerusalem.

Willelmus de Knolla, ad titulum ecclesie Sancti Jacobi
Dovorie.

Robertus de Suenyngton, Lincolniensis diocesis, per dimissoria,
ad titulum proprium, et presentationem magistri H. Lovel certifi-
catorii.

Laurentius de Sandwyco, ad titulum hospitalis Sancti Thome
de eadem.

DIACONI.

Thomas de Burdefeld in Maydestan, ad titulum patrimonii sui,
et presentationem rectoris ejusdem.

Simon de Londoniis, per dimissoria, et ad titulum proprium.

Rector ecclesie de Ripple Cantuariensis diocesis.

Willelmus de Kyngeston juxta Cantuariam, ad titulum pro-
prium, ut alias ad presentationem archidiaconi Cantuariensis.

Adam de Burne, ad titulum proprium ut alias.

Stephanus, rector de Bigenevere, Cycestrensis diocesis, per dimissoria.

Johannes de Pulesdon, rector ecclesie de Stradeshulle, Norwycensis diocesis, per dimissoria.

Johannes de Bidak, Dunelmensis diocesis, per dimissoria.

Ricardus de la Hoke in Chevenyng, ad titulum proprium, ut alias.

PRESBITERI.

Magister Johannes de Vernay, rector ecclesie de Uttokeshath, Coventrensis et Lichfeldensis diocesis, per litteras dimissorias.

Mathias de Catesby, Lincolniensis diocesis, per dimissoria, ad titulum magistri hospitalis Jerusalem in Anglia.

Johannes de Segehurst, rector ecclesie de Horsleygh.

Robertus de Waletote, Lincolniensis diocesis, per dimissoria, ad titulum abbatis et conventus de Messenden.

Magister Ricardus, rector ecclesie de Kyngesnode.

Fratres Nicholaus et Galfridus, monachi de Folcstone.

Willelmus de Croyndon, alias ordinatus per dominum, ad titulum Bonruncini.

Rector ecclesie de Magna Chert.

Frater Willelmus de Clere.

Ricardus de Dunstaple.

Nicholaus de Walingford, de ordine minorum.

Johannes de Brege, ad titulum patrimonii.

Frater J. de Oxonia.

Frater J. de Trumpenton. } de ordine minorum.

[*Citation of the Rector of Orpington to present to the chapel of Hese.*]

CITATIO.—Frater Johannes, etc., dilecto filio decano de Schorham salutem, gratiam, et benedictionem. Visitantibus nobis nuper decanatum de Schorham predictum, invenimus per inquisitionem ibi factam, quod in capella de Hese, ad presentationem rectoris ecclesie de Orpynton spectante, ut dicitur, a multis retroactis temporibus solebant esse rectores ibidem continue residentes, que jam per dimidium annum fertur esse pastoris solatio destituta, propter quod animarum cura periculose negligitur in eadem; quocirca tibi mandamus, firmiter injungentes, quatinus dictum rectorem moneas, vel si ejus presentiam habere non possis, monitionem istam in domo sua et in ecclesia publice proponas, vel proponi facias, ut infra mensem a tempore monitionis tue sibi taliter facte, personam idoneam nobis presentet ad capellam predictam, denuncians eidem in forma predicta quod nisi fecerit, ex

tunc eidem capelle providebimus de rectore ; fructus insuper ipsius capelle colligi et salvo custodiri facias, sicut inde tuo periculo volueris respondere, ad opus futuri rectoris, vel in ipsius capelle utilitatem nostra providentia convertendos. Quid autem feceris in premissis nobis citra festum assumptionis Beate Marie constare facias, per tuas patentes litteras harum seriem continentes. Datum apud Aldyngton, xv^o kal. Augusti, anno Domini m^occ^olxxx^o sexto, ordinationis nostre octavo.

[Fo. 122.]

Anno Domini m^occ^olxxx^o sexto, ordinationis domini Johannis archiepiscopi octavo.

LITTERE COMMUNES ET NOMINA ORDINATORUM.

[*Letter to the Prior and Chapter of Ely. Regist. Epist. J. Peckham, iii, 926.*]¹

[*Letter to the Abbess of Romsey. Ibid., iii, 928.*]²

[Fo. 122b.]

[*Letter to Henry, Official of Winchester. Ibid., iii, 929.*]

[*Letter to the Dean of South Mallyng. Ibid., iii, 930.*]³

[*Letter to Stephen, Abbot of Mont St. Eloy. Ibid., iii, 931.*]

[Fo. 123]

[*Letter to the Dean and Chapter of Salisbury. Ibid., iii, 932.*]

[*Letter to the Dean of Bangor. Ibid., iii, 940.*]

[Fo. 123b.]

[*Ordination at Faversham.*]

ORDINES CELEBRATI IN ECCLESIA PARROCHIALI DE FAVERSHAM
CANTUARIENSIS DIOCESIS DIE SABBATHI QUATUOR TEM-
PORUM MENSIS SEPTEMBRIS ANNO DOMINI M^oCC^o OCTO-
GESIMO SEXTO PER DOMINUM CANTUARIENSEM ET ORDIN-
AVIT SUBSCRIPTOS VIDELICET.

ACOLITI RECEPTI PER DOMINUM.

Hamo de Icham.

Ricardus de Welmeston.

Ricardus de la Lee.

Alanus de Wendirtone.

Ricardus le Brew de Northflet.

Willelmus de Sancto

Johannes de Risberge.

Michaele.

¹ A marginal comment on this is:—"Pulera littera pro electione episcopi facienda", and in a later hand: "Littera ut elegant episcopum idoneum."

² A later marginal note against this is:—"Littera ne sacerdos intret domum monalium."

³ A later marginal note here is:—"Littera ut certificetur domino de invaditibus sacerdotem."

Johannes de Hothe.	Theobaldus Underdoune.
Thomas de Maydestane.	Nicholaus de Pedynges.
Ricardus de Hethe.	Johannes de Boctone.
Robertus atte Cherche.	Gerardus de Cambio, Cantuarie de speciali mandato domini.
Johannes de Staple.	

ACOLITI PRESENTATI PER ARCHIDIACONUM CANTUARIENSEM.

Henricus de Bobbynge.	Johannes de Snergate, frater ejus.
Robertus de Natindone.	
Hamo Karlot.	Ricardus filius Fullonis Cantuarie.
Johannes Storm.	
Johannes de Hakyntone.	Ricardus de Adesham.
Johannes Lamb.	Willelmus de Chileham.
Johannes de Burgate.	Robertus de Sellyng.
Ricardus de Littleburne.	Walterus de Hornesclyve.
Willelmus de Sancto Petro.	Thomas de Rypariis.
Willelmus Barry.	Laurentius de Londonia.
Johannes Salomon.	Henricus de Sancta Mildreda.
Willelmus de Wy.	Johannes de Bix.
Thomas de Wy.	Willelmus de Castro Dovorice.
Galfridus de Coulyng.	Ricardus de Cretynge.
Gilbertus de Waldwarschare.	Aluredus de Sancto Petro.
Petrus de Burne.	Johannes de Frithindenne.
Mauricius de Bakechilde.	Stephanus Godman.
Henricus de Renham.	Rogerus Treygod.
Walterus de Sancto Georgio.	Johannes de Chertham.
Petrus de Bourne.	Johannes Monde.
Petrus Abbe.	Johannes de Sancto Petro.
Petrus de Wycham.	Johannes de Firmare.
Thomas de Teldon.	Robertus de Wednesbergh.
Magister Johannes de Aula oriundus de Devynton actualiter regens.	Thomas de Everinge.
Ricardus Packere.	Willelmus de Scheldwyche.
Willelmus de Snergate.	Alfredus de Cantia.
	Robertus de Wednesbergh.
	Ricardus de Haute.

SUBDIACONI.

- Thomas Byle, ad titulum patrimonii sui.
 Gregorius de Slyndon, ad titulum et presentationem decani Cycestrensis.
 Philipus de Aylestone, ad titulum magistri H. Lovel, per litteras dimissorias episcopi Lincolniensis.

Johannes de Rysberge, ad titulum patrimonii sui.

Johannes de Croyndon, ad titulum patrimonii sui.

Edmundus de Mepeham, rector ecclesie de Tunstalle, Norwycensis diocesis, per dimissorias.

Johannes de Otteringdone, ad titulum patrimonii sui.

Adam de Romehal, ad titulum patrimonii sui.

Ricardus de Smethe, ad titulum et presentationem domini Thome de Chertham.

Willelmus de Trumpenton, rector de Halstede.

Isti sunt subdiaconi recepti per dominum, qui sunt supra-scripti, et subscripti subdiaconi sunt recepti et presentati per archidiaconum.

Johannes Duraunt de Cant', ad titulum sufficientem.

Edmundus de Newenton, ad titulum patrimonii sui.

Ricardus de la Bor, ad titulum et presentationem domus Dei de Dovoriam.

Johannes de Sandwyco, ad titulum patrimonii sui.

Nicholaus Plomer de Dovoriam, ad titulum patrimonii sui.

Henricus de Cantuariam.

Willelmus Mausyn de Dovoriam, ad titulum patrimonii sui.

Hamo de Frithindenne, ad titulum patrimonii sui.

Johannes de Preston, ad titulum patrimonii sui.

Willelmus de Davyntone, ad titulum patrimonii sui.

Symon de Sandwico, ad titulum patrimonii sui.

Johannes de Hornesclyve, ad titulum patrimonii sui.

Johannes de Sancto Georgio, ad titulum sufficientem.

Magister Willelmus de Bello, ad titulum ecclesie de Kyngesnode.

